Alle vero principales fozme vel rationes rez stabiles ydee vocantur: que diuina intelligentia continent. nec ipe fozmate sunt: sed secundum eas quidquid oritur vel interit formatur. Quas scz rationes eternas in verbo intueri anima nequit: nisi qui ratōis oculū sanū. purū. ac serenū. ⁊ sanctū. ac similem eis. quas videre intendit habuerit. Sic cū ipo intelligibili lumie pfusa ⁊ illustrata: cū ei cobeserit: hac ipa visione beatissima fit: bas aūt siue ydeas: siue fozmas: siue species: siue ratōes: appellare licet: multisq; conceditur vocare qō libet. sed paucis videre quod verum est. ¶Glosa sup epistolam ad hebreos. xi. Hic est mundus inuisibilis qui erat in sapientia dei videlicet ipa eius dispositio eterna: qua in verbo suo disposuit oia. Uñ apls. Fide inquit intelligim⁹ aptata esse secula verbo dei: vt ex inuisibilib⁹ visibilia fierent: hoc est iuxta exemplar inuisibile. quod erat in mēte diuina: ex nichilo ad esse. pcederent. ¶Glosa sup iobānem. Nā et faber prius archam facit in mente: post in ope: quod ē in mente viuit cū artifice: qō aūt fit mutatur cū tempe Unde de verbo dei scriptura pnunciat: q; quod factū est in ipo vita erat. Quidquid enī factū est in tpe semp vixit ⁊ viuit in spūali factozis ratione. ¶Augustinus vbi supza. Omnia quippe de⁹ ratōe condidit: nec eadē ratione hoiem qua equū: sed singula ꝓpriis rationibus constituit. has vero ratōes vbi arbitrandū est esse: nisi in ipa creatoris mente: non enī quicq; extra se positum aspiciebat: vt sm id ꝓstitueret qō faciebat. ¶XXIII.

Qualiter secundū illas rōes siue notiones fecit oia. ¶Idē sup genesim libro primo

Hec oia ergo memineri⁹ deū. nō sicut opa bomo vel angel⁹: quasi tpalibus animi sui motibus opari. Sed eternis atq; incommutabilibus ⁊ stabilib⁹ rationib⁹ verbi sui coeterni: ⁊ quodaz. vt ita dixerim. flatu piter coeterni spūs sui sancti. Naz ⁊ id quod in greca ⁊ i latina lingua de spiritu sancto legitur: quod sup aquas ferebat. Syra lingua potius fouebat intelligi phibetur. Nō vtiq; sicut i corpe tumores aut vulnera vel frigidis aquis vel calore congruo tpatis fouentur. sed sicut ova fouentur ab alitibus vbi calor ille materni corpis. etiā formandū pullis p quendam in suo genere dilectōis affectū adminiculat. Qō ergo dixit de⁹. fiat hoc. ⁊ fiat illud. sicut in gen. refert scriptura: ad eternitatē verbi refertur: q; vis deo hoc in eterno verbo dicente: tpalis facta sit creatura. Cū em verba sint tpis: tñ dicim⁹ qñ ⁊ aliqñ: tñ qñ fieri debet aliquid: eternū est in dei verbo. ⁊ tunc fit qñ fieri debuisse in illo verbo est: in quo nō est qñ ⁊ aliquādo: qñ totum illud verbū patri coeternū est. patre nanq; loquente: dicitur verbū quod fili⁹ est: in eterno ozo. sed tamen loquente deo verbū coeternū in ozo dicendū est. ¶Idē in libro. ii. Nec totiēs dixit deus fiat hoc vel illud. quotiens in gen. repetitur: dixit de⁹. vnū quippe verbū pater genuit. in quo dixit oia: priusq; facta essent singula Sed eloquiū scribentis ad pmulox descendēs capacitatem: dum sigillatim genera creaturax insinuat. respicit vnuscuiusq; generis eternā in verbo dei rationem. nec illa repetita ipe vero repetit ⁊ dicit. Dixit quoq; deus ꝛc. ¶Idem in li. i. Nox itaq; que sm ratōes in verbo dei manentes creata sunt. quedā etiā omnē tpalem volubilitatem supgressa. in amplissima sanctitate manent sub deo. Quedā vero sm tpis sui modos: dū p decessionem rez atq; successionē seculox cōtexitur pulcritudo sed multū est ac difficillimū cape. qūo dicaf: deo nō tē pozaliter iubente. neq; id creatura spūali: que tpa oia contemplatōe veritatis excedit tpaliter audiente. Sed intellectualiter sibimet impssas. ab incōmutabili dei sapientia ratōes: tanq; intelligibiles locutiones: in ea q; infra sunt transmittente. tpales fieri mot⁹ in reb⁹ tēporalibus vel fozmandis vel administrādis. ¶Idē in li. iiii. Nō aūt sicut eas nūc sm mot⁹ naturales exprimur Sic etiā cū primo institute sunt. cogitare debem⁹. sed sm ineffabilem virtutē sapiētie dei: que attingit a fine vsq; ad finē fortiter. ⁊ disponit oia suauiter. Neq; em ipa gradib⁹ attingit: aut tanq; gressibus puenit: quapter q; facilis ⁊ efficacissimus est ei mot⁹: tā facile oia condidit deus. ¶C. XXIIII.

Q; deus fecit mundū absq; volūtatis nouitate ¶Augu. de ciuitate dei libro vndecimo

Uerum quid eterno deo placuit. vt celū ⁊ terraz tunc faceret. que antea non fecisset. qui hoc dicunt. si mundū eternū. ⁊ ideo nec a deo factum videri volunt. letali morbo impietatis insanitur. ⁊ a veritate nimis auersi sunt. vt em iam supza dixim⁹ exceptis ꝓpheticis vocab⁹: ipe quoq; mund⁹ ordinatissima mutabilitate atq; visibilū oim pulcerrima specie qō modo tacitus proclamat. a deo ineffabiliter magno ⁊ pulcro se factū Qui aūt a deo quidē fatentur esse factū nec tñ habere volūt tpis sed sue creatōis imitū: vt qō ammodo vix intelligibile fact⁹ semp sit. nō video qualiter eis hec ratio in anima subsistere possit. nā si eā cōtenderint deo coeternā esse. vñ illi acciderit noua malsa: que nunq; in eternū fuerit antea. nunq; potuerunt explicare. Porro si ex tpe dicūt esse ipam creatam: sz nullo vtcri⁹ tpe peritura. tanq; numex habere initū sed nō finem. ⁊ ideo semel miserias exptaz. si ab eis fuerit liberata: nunq; postea miserā esse futurā. nō vtiq; dubitabunt hoc fieri. manente incōmutabilitate cōsilii dei Sic ergo credāt ⁊ mundum ex tpe fieri potuisse. Et tñ nō ideo deū in eo faciendo eternū consiliū voluntatem q; mutauisse. visibiliū quidē oim maximus est mundus inuisibiliū omniū maxim⁹ est de⁹. Sed mundū esse cognoscim⁹. deū aūt esse credim⁹. Quodq; de⁹ mundum fecerit: nulli pot⁹ q; ipi deo credim⁹: qui p ꝓphetam loquens dixit. In principio creauit deus celum ⁊ terrā. Sed nunquid iste ꝓpheta ibi fuit. quando celū ⁊ terrā deus fecit: nequaq; sed ibi sapientia dei per quā facta sunt oia fuit: que in animas sanctas se transfert ⁊ amicos dei ⁊ ꝓphetas constituit. eiq; opa sua sine strepitu

enarrans intus instruxit: et sicut de visibilib⁹ q̃ nor videm⁹: illis credim⁹ qui viderũt: ita de inuisibilibus q̃ a nostro interiore sensu remota sunt his nos oportet credere: qui hec nullo lumine corporeo dispositi didicerunt. Et bis erat ille vn⁹ ppheta tã ydoneꝰ testis: per quẽ deo credendũ sit vt codẽ spiritu quo hec sibi reuelata cognouit & ipam fidẽ nostrã futurã tanto ante predixit. ¶ Isidor⁹ de summo bono li.i. Uex in creatione mundi sicut tã dictum est noua voluntas exorta nõ est. Nã etsi mund⁹ nõ erat: in eterna tñ ratione & cõsilio semp erat. ¶ Hugo de sacramentis li.i. Itaq; prima rex oĩm causa: voluntas creatoris est. Quam nulla precedens causa mouit: q̃ eterna est: nec subsequẽs aliq̃ ꝓfirmat: q̃ ex semetipa iusta est: ac fm eã iustũ est oĩe quod iustũ est

¶ C. XXV.

¶ Q; mundus cũ tpe factus sit et non ante Augustinus vbi supra

¶ Alis vero qui deũ conditorẽ esse mundi cõsentiunt: sed tñ de tpe cur poti⁹ fact⁹ sit tunc & si antea querũt. ¶ Respondem⁹ & nos similiter q̃rentes de loco: cur hic poti⁹ & nõ alibi. si vero dixerit inanes cogitatões esse hoĩm: quib⁹ infinita imaginant loca: cũ nullus sit loc⁹ pter mundũ. Respõdetur eis sũr inanes esse illas. quib⁹ infinita cogitant pterite vacatõnis dei tpa. cũ nullũ sit temp⁹ ante mundũ. Nam si discernuntur eternitas & temp⁹. qõ videlicet temp⁹ sine aliqua mutabilitate nõ est: in eternitate aute nulla mutatio est: quis nõ videat. q̃ tpa nõ fuissent nisi creatura fieret: que aliquid aliqua motione mutaret: cui⁹. ſ. motionis & mutatõis: cũ aliud atq; aliud q̃ sumul eẽ nõ possunt cedit atq; succedit. in breuioribꝰ vel pductioribꝰ moraꝝ intervallis sequeret temp⁹. Cũ ergo deus creator sit tempoꝝ & ordinator: in cui⁹ eternitate mutatio nõ est: qõ dicatur post tempoꝝ spacia mundũ creasse: nõ video. Nõ itaq; fact⁹ est mund⁹ in tpe: sed cũ tpe. Qõ enim in tpe fit: & post aliquod: & ante aliquod temp⁹ fit: post pteritum & ante futurũ. ¶ Idem libro de trinitate. Deus fuit dñs anteq̃ fuit tempus. Et in tpe cepit esse deus: q̃ dñs tpis quãdoq; esse cepit. nec vtiq; tempus cepit esse in tpe: q̃ nõ erat temp⁹ anteq̃ inciperet temp⁹. ¶ Idẽ de ciuitate dei li.xii. Hanc aũt questionẽ cur deus ita tarde creauit mundũ: nõ putauerũt plꝰ se aliter posse vel debere dissoluere: nisi vt circũtus temporꝝ inducerent. quib⁹ semp eadẽ fuisse renouata: & repetitam naturã rer. Atq; ita deinceps sine cessatõe fore volumina venientiũ pereuntiũq; seculoꝝ asseuerarent. fallunt eos quedã mendacissime litere: que phibent mitra annoꝝ milia transisse. cũ in sacris literis ab institutione hominis nondum completa sex milia annorum computemus.

¶ C. XXVI.

¶ Q; nõ faciebat aliquid antequã mundũ faceret. ¶ Idem in libro confessionũ. xi.

¶ Uam magnificata sunt opa tua dñe: oĩa in sapientia fecisti: & illa principiũ. & in ꝯ principio celum & terrã. ¶ Nõne ecce pleni sunt vetustatis sue. qui nobis dicunt. Quid faciebat deus anteq̃ faceret celum & terrã. si cñ vacabat inquiũt. cur nõ sic semper & deinceps. Nã si vll⁹ mot⁹ in deo nouus extitit & in deo extitit volũtas noua opandi. qõ iam vera eternitas vbi ozẽ que nõ erat voluntas. Si aũt voluntas dei erat sempiterna vt esset creatura: cur non est sempiterna creatura: qui hoc dicũt nõdum intelligũt. ¶ Sapientia dei: lux mentiũ: nõdum intelligunt qũo fiunt. que p te fiũt. & conant eterna sapere: sed adhuc in pteritis & futuris motib⁹ rep cor eoꝝ volitat: & adhuc vanũ est

Quis tenebit & figet illud: vt paululũ & stet & paululũ rapiat splendorẽ semp stantis eternitatis: vt comparet cũ tpibus nunq̃ stantib⁹ & esse videat incompabilẽ: videatq; longũ temp⁹: nõ nisi ex multis pereuntib⁹ motibus: qui simul extendi nõ possunt longũ fieri. Nõ autem pterire quicq̃ in eterno: sz totũ esse plens. Dz oĩe pteritum ppelli ex futuro: & oĩe futurũ ex preterito cõsequi. & oĩe preteritum ac futurũ: ab eo quod semp est presens creari & excurrere. Dicente ergo q̃d faciebat &c. Respõdeo nõ illud quod quidã ioculariter respondisse phibetur eludens questionis violentiam. alta inq̃t que rentib⁹ gehennas parabat. Usi irridet qui alta q̃rit: & laudatur qui falsa respõdit. Sed audenter dico: si celi & terre noie oĩs creatura intelligit: anteq̃ faceret deus celum & terrã nõ faciebat aliquid. Ut si cuiusq̃ volatilis sensus vagatur p imagines retro temporꝝ. & te de⁹ oĩa creantẽ: & oĩa tenentẽ: ab ope tanto: anteq̃ ea faceret p innumerabilia secula cessasse miratur. Attẽdat q̃ falsa miratur. nõ cñ potuerũt pterire tpa anteq̃ faceres tpa. nec tu tpa ꝑcedis tpe. sed semp stantis eternitatis celsitudine. ¶ Hieronim⁹ sup ysaiã li.xii. Facitẽ itaq; dñi & man⁹ & pedes seraphin operũtur: q̃ & preterita ante mundũ: & futura post mundũ scire non possum⁹: sz media ꝓtemplamur.

¶ C. XXVII.

¶ Qualiter operatur et creat et facit ¶ Johãnes damascenus libro primo

¶ Olus dei est: vbiq; & fm̃ idẽ operari. vbiq; ei est & sup oĩa. vbiq; et fm̃ idẽ differenter operatur et vna simplici operatione. ¶ Petrus lombardus. Creare ꝓprie est de nichilo aliquid facere. facere aũt est nõ modo de nichilo aliquid operari: sed etiaz de materia. Be⁹ aũt et de nichilo quedã: et de aliq̃ alia facit. Ipe est ergo creator et opifex et factor. Sz primũ sibi ꝓprie retinuit. Alia vero etiã creaturis cõmunicauit. nam et homo et angel⁹ potest aliqua facere sed nõ creare. Cũ aũt dicim⁹ deũ aliquid facere nõ aliquẽ illi in opando motũ intelligim⁹ inesse: vel aliquã in laborando passionẽ sicut nobis solet accidere. sed eius sempiterne voluntatis nouũ aliquẽ significam⁹ effectũ. i. eterna ei⁹ voluntate aliquid nouiter existere. Et hoc dicitur agere: q̃ ei⁹ causa existit absq; ei⁹ agitatione: vt actus ꝓprie dici nõ queat cũ actus oĩs in motu consistat. In deo aũt null⁹ mot⁹ fit. sicut ergo ex calore solis aliqua ꝓtingit fieri: nulla tñ in ipo vel in eius calore facta mutatõe vel motione: ita ex dei volũtate noua habẽt esse sine actoris mutatõe.

¶ C. XXVIII.

¶ De creatõe empirei et materia informi. ¶ Strabus sup genesim.

¶ Um aũt dicatur in principio creauit de⁹ celũ et terrã: celũ non visibile firmamentũ appellatur: sed empireum. i. igneũ vel intellectuale: qõ nõ ab ardore sed splendore igneũ dicitur. Quod statim factũ repletum est angelis. ¶ Johãnes damascen⁹ li.ii. Celũ est ꝓmentia visibiliũ et inuisibiliũ creaturarum. Intra ipsum cñ et intellectuales angelorꝝ virtutes: et oĩa sensibilia circũcluduntur et circũterminantur.

¶ Actor. Aũt ergo celũ hoc esse corpalem locũ natiuũ angelorꝝ: vbi creati sunt sup firmamẽtum ex omni parte concludentẽ intra se firmamentũ nõ continuũ vl cõtiguum sed distantẽ. Sunt enĩ aque vaporabiles inter medie: que fm quosdã in cristallum congelate: dicũtur celum cristallinum. nõ aute empireum. propterea tanti ambit⁹ factum q̃ est nõ possent minimo in loco plures angeli esse. sed ad mirandum et laudandum creatoris immensitatẽ cum gaudio: tanq̃ in eiusdẽ summi regis amplissimo palatio. ¶ Actor. et glosa sup gen. Nomine vero terre materia quattuor elementorꝝ ꝓsignatur adhuc cõfusa et informis: q̃ sz terra inter oĩa elemẽta est minus speciosa: vt dicit augustin⁹. Igitur celum et terrã

deus simul creauit: Quis ab homine simul vtrūq; dici nō potuerit: qō cū scriptura variat. tāta celeritate operationis deū omnipotentē esse declarat: cui voluisse facere est. Et his patet quattuor fuisse primitiuas creaturas coequeuas. s. temp⁹. celū empireū. angelos. ⁊ quattuor elementorum materiam. et hec creata sunt aī omnem diem.

C. .xxix. Quid sit angelus.

C Johānes damasce. li. ij.

Angelus est substantia intellectualis semp mobilis. arbitrio libera. incorporea deo ministrās sm gratiā. nō natura. immortalitatē suscipiēs.

C Actor. Angel⁹ ⁊ vt vult gregor⁹. nomē est officii nō nature Dicit aūt mobilis nō q̄ moueatur localiter sicut corp⁹: sed spūaliter. s. motu charitatis. voluntatis ⁊ hmōi: ⁊ etiā eundo a potentia in actū. C Dyonisius de diuinis noibus. prima imago dei est angel⁹: manifestatio occulti luminis. speculū pur. splendidissimum ac immaculatū declarans in se ipso sicut possibile est: bonitatem que est in abditis. C Helinand⁹. li. viii. Quid est angel⁹: incorpore ⁊ rationalis spūs. ab initio creatus. ⁊ p se subsistens. Incorpore⁹ dicitur ad differentiam venti. ⁊ fumi ⁊ hmōi. Rationalis ad differentiam brutor. Creatus ad differentiā creatoris. p se. ad differentiā aīe: q̄ cū corpe psonā ꝟstituit.

C. xxx. Quales sunt facti angeli ad inuicem

Petrus lombardus.

Angelis initio substantie sue videntur quattuor esse attributa. s. essentie subtilitas. rationis ꝟspicacitas. liberi arbitrii facultas. ⁊ psonalis discretio. C Actor. In trib⁹ primis q̄uenient cū humana natura. In quarto aūt differūt ab ea. Anima enim nō est psona. i. p se vna: q̄ creata est cōmunicabilis alteri corpi: vt faciat totū. s. hominē. Angel⁹ aūt nō habet potentias naturales quas possit exercere sicut aīa in corpe. Et ideo nō potes ibi inuenire compositionem sed est individu⁹ ⁊ discret⁹ oīmode. C Petr⁹ lombardus Credendū est aūt illas spūales naturas: ⁊ in essentia: ⁊ in forma sapientie ⁊ arbitrii facultate. differētias accepisse in exordio conditōis sue: quib⁹ alii superiores: alii inferiores essent: vt qui tunc p naturalia bona altos excellebāt ipi etiā postea p munera gratie eisdē possent sapientia dei equo moderamine cuncta ordināre. Et sicut in ꝑdictis differebāt: ita ⁊ quedā cōmunia ⁊ equalia habebāt: vt q̄ spūs erāt: q̄ indissolubiles et immortales erant. C Idē. Videntur etiā ab initio creationis sue fuisse boni ⁊ iusti. i. innocentes. Sed nō iusti. i. virtutum exercitū habentes. Nondū em̄ virtutib⁹ ꝑduti erant: que stantib⁹ apposite fuerūt in confirmatione p gratiā aliis cadentib⁹ p superbiā. Unde aliquā morulam ainnt inter creationem ⁊ lapsum vel cōfirmationē fuisse: in qua oēs boni erāt nō p vsum liberi arbitrii: sed p creationis beneficium. Tales em̄ erant qui stare poterant. ⁊ cadere. i. peccare: sed nō poterāt ꝑficere ad meritū vite: nisi gratia supadderetur: que quibusdā addita est in confirmatōne. Et hoc ꝟfirmatur testimonio augustini qui sup genesim dicit. Angelicā naturā primo informiter creatā: et celū dictā. postea formatam ⁊ lucem appellatā: q̄si ad creatorē cōuersa est ꝑfecta dilectione ei inherens.

C. xxxi. De libero arbitrio eorū et scientia et dilectione.

C Idē.

Habebāt igitur oēs liber arbitriū. Quod est libera potestas ⁊ abilitas voluntatis rationalis. Poterāt em̄ eniz eligere et ratione iudicare. i. discernere in quib⁹ ꝟstat liber arbitriū. Eratq; in eis naturalis cognitio triplex qua sciebāt q̄ facti erāt: a quo facti: ⁊ cū quo. Et habebāt aliquā boni et mali noticiā intelligentes quid esset eis appetendū vel respuendum

Habebāt etiā naturalē dilectionē: qua se ⁊ deū aliquatenus diligebant: p quā trī non merebantur. C Actor. Notandū q̄ duplex est dilectio naturalis. s. voluntaria et inuoluntaria. Inuoluntaria que non subiacet libero arbitrio. Et hec duplex est: vna. s. qua se diligit aliquid et vitā suā atq; salutem: ⁊ hec nobis cōmunis est cum brutis. Alia que ꝓpria est hominis ⁊ angeli. s. qua naturaliter velit nolit appetit summū bonū et beatitudinem absq; oīmi deliberatione vel delectione. Unde dicit augustin⁹ in soliloquiis. Be⁹ quē amat omne quod amare potest: siue sciens: siue nesciens. Circa neutram istar est meritū vel demeritū: q̄ nec voluntas. virt⁹ eiz et vitiū voluntaria sunt. Voluntaria aūt diuiditur in duas. s. amiciciā et concupiscentiā. Amicicia diligim⁹ illud q̄ ꝓpter se diligim⁹. Concupiscentia vero diligimus illud cui bonū volum⁹. s. ad delectandū in eo. vtro q; istor modor diligimus deū naturaliter: ⁊ angeli etiam in primo statu. Sed diligebat angel⁹ deū sup oīa amore concupiscētie. s. in ipo delectādo sup oīa. Nec trī sequitur q̄ haberet charitatē: q̄ nō diligebat deū ꝓpter ipm deū: sed ꝓpter se. s. retorquendo ipāz dilectionem ad cōmodū ꝓprium: hoc est nō q̄ bon⁹ erat: isq; sibi vtilis erat sm illud michi adherere deo bonum est Amore aūt amicicie diligebat se ipm sup oīa. s. volēs sibi bonū sup oīa. Ipa em̄ natura sibi amica est: vt dicit augustin⁹: ⁊ mot⁹ eius circularis est: q̄ semp tendit ad bonū ꝓprium. Necdū acceperat angel⁹ gratiā: q̄ posset supra se requiescere. Nec ideo sequitur q̄ angelus frueretur se: q̄ frui est delectari. qō est tantū in amore concupiscentie quo summe diligebat deū. Si aūt queritur vtr̄ esset delectatio ordinata vel non: potest dici q̄ neutr̄. sm q̄ ordinatio amoris importat virtutez. ⁊ inordinatio viciū: potest trī dici ordinata ordine naturali secundū q̄ etiā in naturalibus natura est modus species et ordo.

C. xxxii. Q; nec miseri creati sunt nec beati.

Petrus lombardus.

Eqz aūt in beatitudine neqz in miseria creati sunt. Miseri eni ante peccatū esse nō potuerūt q̄ ex peccato miseria est. Beati quoq; nunq̄ fuerunt illi qui ceciderunt: q̄ sui euentus ignari erant id est peccati et supplicii futuri. Si eni lapsum suū prescierunt aut vitare voluerunt: sed nō potuerunt: ⁊ sic erant miseri. Aut potuerunt sed noluerunt et sic erant stulti et maligni. C Augustinus sup genesim. Quomō igitur beatus inter angelos fuit: qui futuri peccati atq; supplicii ꝑscius nō fuit. C Idē in eodē. Dicere ergo de angelis q̄ in suo genere possent esse beati: damnati omis sue. vel saluatōis incerti: quib⁹ nec spes esset q̄ in melius essent mutandi: nimia ꝑsumptio est quō eni beati esse possent quibus incerta sua esset beatitudo. C Hugo de sacramentis li. i. Nō aūt in materia pretiacente creata est spiritualis natura cui⁹ simplicis substantie nō aliud esse potest id q̄ est: et id de quo est. Ex facta est in esse suo ꝑfecta: psonaliter distincta. Intelligibiles spirit⁹ substantes: habentes formā sapiēte concreate et qualitatē spiritualē intelligentie capaces sm modū et mensurā conditōis: ꝑfectus sublimioris et illustrationis supuenture in ipos. Liber quoq; arbitriū quo poterant ad vtrumq; ꝓpria voluntate deflecti: In altero adiuti sine coactione. In altero derelicti sine oppōsitione. Qui aūt natura magis subtiles et sapientia amplius ꝟspicaces creati sunt. bi merito dignitate supiores sunt constituti: ita trī vt bi sine supbia plati essent. Et qui inferiores sine miseria subditi. Trib⁹ quidem modis ꝑfectio constat. Secundus temp⁹ ꝑfectū est: q̄ habet quidquid tempus requirit. Secundus naturam quod habet omne quod datum est nature vel debitum

vniuersaliter pfectum est cui nichil deest. prima pfectō est nature condite. secūda est nature glorificate. tercia increate. Angeli in prima pfectōe creati sunt. & ad secundā sub tercia. ¶ C. .XXXIII.

De cōuersione bonorum ad lucem increatā.

¶ Petrus lombardus

Taqz cū a creatore quidā eox auersi sunt: ceteri ad eundem cōuersi sunt. Conuerti: fuit ei charitate adherere. Auerti odio habere vl̄ invidere. Inuidie nanqz mater est superbia: qz voluerūt se deo parificare. In conversis quasi in speculo relucere dei sapiētia cepit: qua illuminati sunt gratia apposita. Auersi vero excecati sunt: nō immissione malicie: sz desertōe gratie. ¶ Gregoriꝰ in mozalibꝰ li. xvii. Quomā igitur angeli sancti milites dei nō ꝓpriis viribꝰ: sed superna gratia roborant: recte postꝙ in libro iob dictum est de illis: numquid est numerꝰ militū eius: de ipis quoqz subiungit Et sup quē nō surgit lumen illius. lumen gratia est dei ꝓueniens que nisi gratis in mente surgeret in tenebris remaneret. ¶ Idē in libro. xxviii. Hinc est & alibi astra dicūtur angeli celesti gratia illumiati. Bōs siquidē loquens ad iob: lapidē angularē dimisisse asserit. Quia filiꝰ humanā naturā suscipiēs ad ꝑma de sublimibꝰ descendit: & duos in se populos coniunxit Cuiꝰ incarnatōis misteriū: qz mirati sunt etiā angeli. Recte subiūxit ibi Cū me laudarent simul astra matutina: & iubilarent oēs filii dei. Quia nimirū in tpe creati sunt angeli: nō immerito astra matutina sunt vocati. Qui simul etiā cū astris vesptinis potentiam redemptoris laudāt. i. cū boibus in fine mundi redemptis: superne glorie largitatē glorificant simul laudant. Quia dū nos conspiciūt redimi: suū gaudent numerꝰ repleri. Qui etiā ideo fortassis astra matutina vocant: qz sepe ad exhortandos homines missi dū mane venturi nunciant: ab humanis mentibꝰ vite ꝓsentis tenebras fugant. ¶ Anselmus in libro de casu dyaboli. Illi itaqz angeli qui magis voluerūt qō habebāt: qꝫ aliquid plus quod nō habebāt: bonū quod quasi ꝓpter iusticiā: ꝙtū ad voluntatē ꝓtinuit. meruerūt: iusticia tribuente acceperunt: & de illo quod habebāt in vera securitate pmanserunt: quappter a deo ꝓuecti sunt: vt adepti sint quicquid velle potuerunt: nec iā videant quid plus possit & ideo peccare nequeūt. Illi vero angeli qui maluerunt illud plus: quod nō deus illis dare volebat: qꝫ stare i iusticia in qua facti erāt: eadē iusticia iudicāte: & illud propter quod illā ꝓtempserūt: nequaqꝫ obtinuerūt: & quod tenebant bonū amiserūt. Sic ergo distincti sunt angeli. vt adherentes iusticie nullū bonū velle possint: quo non gaudeāt. & deserentes illā. nullū velle queant. quo non careant. ¶ C. XXXIIII.

De illuminatione eorū ab eadem luce.

Hugo super iherarchiam.

Omne inquit datū optimū: & omne donū perfectum desurſuz est descendēs a patre luminū: dona optima: dona nature sunt: dona pfecta dona gratie: pater luminū auctor & largitor donox. Quibus quasi descendere fuit a fonte sūme plenitudinis ad participationem inferiox venire. Omne eīm bonū: quod dono creatoris creature infundit merito descendit: qz subdite nature & inferiori dignitate se infundit. Descēdit etiā: qz pfecta & cōsūmata plenitudine in eā que ex pte est participatōez se diuidit: ita tū vt nec descendēs seruiat: nec diuiſuz decrescat. Sed manens in se quod est & in eo a quo venit: qꝫtum est eis ad quos venit se prebet: & hoc quod esse accipiūt: & qꝫtum esse in eo qō sunt meruerūt. Ita ab vno bono oīa bona: & ī vno bono oīa bona sunt. hoc eīm bonū: nichil a se conditū alienum relinquit a se. nec tū illuminat nisi illa tīm que creauit ad se: & formauit sm se. Illa eīm sola lumen capiūt. possūt qz lucere ex lumine. que lumē veniens non sibi dissimilia inuenit. Et infusum ad maiorē sui similitudinem et imaginez pfectiorē extollit. Ergo data optima & bona pfecta vocales tīm creature celsitudinē ꝓtingunt q̄ sola sublimis facta est primo dū conderet ad imaginez. Et postea dū glorificaret pfecta est qōammodo consimilis & coequalis ad summa. Nā ipa optima data & dona pfecta lumina sunt: que a patre luminū descendūt: & ipse lumen est a quo descendūt. Et in quos descendunt ipsi lumina fiūt. Nam nec pater luminis aliud gignere potuit q̄ quod ipe est. Nec susceptor luminis aliud q̄ lumen fieri potest. ¶ C. XXXV.

Qz ipsa lux ad se cōuertit et colligit illūinatos ſpiritus.

Sed & oīs patre moto manifestatōis luminuz ꝓcessio in nos optime & large ꝓueniens: iterū vt vivifica virtꝰ restituens: nos replet & ꝙuertit: ad gregantis patris vnitatē & deificā simplicitatē Motus patris est affectus paterne benignitatis. Tola eīm benignitate mouet vt lumina sua effundat super nos. Mouet nō se concutiēs: sed nos colligens: non se euacuans: sed nos replens. Et ipo moto lumina eius ꝓcedunt in nos. Et ꝓcedentia in nos manifestant: ꝙ nos primū: post hec alios ex nobis: & oīs ista luminū manifestationis ꝓcessio. i. ꝙ quā lumina manifestant. Nō eīm manifestarentur: nisi ꝓcederent: exiens a patre moto in nos ꝓueniens. Hoc opatur. ſ. qꝫ replet nos. Non vtiqz alio q̄ se ipo: eo qꝫ replet: vtex restituēs repando: sicut prius cōstituit creādo: Restituit vtpote vivifica virtus. que dispersa colligit. diuisa componit. & ex multis vnū facit. Et ita restituens et reformās nos ꝙuertit qui prius dissimilitudine fuim⁹ auersi. multitudine diuersi. ꝓximitate ꝓuersi. Conuertit dico ad congregātis patris vnitatē: & deificam simplicitatē. Lux eīm patris invisibilis in se ꝓcedens in nos & exiens in manifestationem: vacuos inuenit & inanes a vero bono: & infundens se nobis. replet nos. secundū vnuſcuiuſqz nostre virtutē & capacitatē: & cū repleuerit nos ꝙuertit vt non dissideamus a patre: sed in eadē similitudine & imagie respiciam⁹ ad ipm. Replet quidē illuminādo: cōuertit lumina faciendo. Eteni ex ipo oīa & in ipm. Ex ipo ꝓcedentia: & in ipm ꝙuersa. Ex ipo principio: & in ipsuz finem: diuinū eni lumē primū in angelicā naturā descēdit: & ab ipa reuelatōibus & illustrationibꝰ diuinis: et mistica sacri eloquii narratione ad nostre vsqz se intelligentiā transfundit. Mens vero humana eisdē rursum gradibus ad supna conscendens. Sacra diuini eloquii inspectione celestia secreta: & cā que est in angelis diuine claritatis illuminatione ꝓpendit: ex qua paulatiz in visibilium cognitōe succrescens: & ad ipm tandē sūmi luminis splendorē cōualescit. Et fit quod in principio dictū est: qz vnū lumē ad multa illuminānda se diuidit: & illuminata oīa ad vnius claritatis aspectū similitudinemqz reformet. ¶ C. XXXVI.

De cōfirmatione sanctorū angelorū et beatitudine eorum.

¶ Petrus lombardus

Tantū aūt angeli boni p gratiaz illuminati sunt & confirmati: qꝫ peccare nequiunt. Sicut alii p malicia ita sunt obstinati vt bene velle nō possint: habent tñ et libex arbitriū: qz nō aliqua cogente necessitate: sed ꝓpria ac spontanea voluntate p gratiā quidē aduti bonū eligūt: malū respuunt. ¶ Augustinus in enchiridion. Non ergo ideo sancti angeli carent libero arbitrio: qz malū velle nō possunt. Alioquippe liberius arbitriū est: quod peccato seruire non potest. ¶ Idem de fide ad petz: Itaqz qꝫ sancti angeli ab illo statu beatitudinis in quo sunt mutari nullatenus ꝓ deteriꝰ possunt nō ē eis naturaliter insitū: sed postꝙ creati sūt diuine gratie largitate collatū. ¶ Anselmꝰ

in libro de casu dyaboli. Sicut aūt malo angelo ñ posse recuperare qđ perdidit pena peccati est. Ita bono nō posse deserere quod tenuit premiū ē iusticie. ¶ Idē in eodem. Quoniā igit nō potest nec debet quis esse beatus nisi velit: ⁊ etiam nisi iuste velit. necesse est: vt sic faciat deus vtrangz voluntatē in illo quenire: vt beatus esse velit ⁊ iuste velit: quatenꝰ addita iusticia sic temperet voluntatē beatitudinis: vt resecet excessum voluntatis: et excedendi nō amputet potestatē: vt cum p hoc q̄ volet beatus esse modo possit excedere. p hoc q̄ iuste volet ñ velit excedere. Et sic iustā habens beatitudinis voluntatem possit ⁊ debeat esse beatꝰ. Vides angelū bonuz ⁊ malū deo parem debere gratiā q̄rum ad bonitatem ipsi⁹: nec dyaboluz ideo minꝰ debere reddere deo q̄ dei sūt: qz sibi abstulit qđ de⁹ dedit: ⁊ noluit accipe qđ de⁹ obtulit. Demp ergo debet agere gratias deo maligno⁹ spiritꝰ p beatitudine quā sibi abstulit: sicut bonꝰ pro ea quā sibi dedit. ¶ Augustin⁹ de ciuitate dei li. x. Angeli ergo beati sunt qui creatoris sui ꝑticipatōe congaudent: cui⁹ vnitate firmi sunt: cui⁹ veritate certi: cui⁹ munere sancti. ¶ Idē in li. xi. Angeli sancti quoꝝ in societate in hac pegrinatiōe laboriosissima suspiram⁹: sicut habent pmanendi eternitatē: sic habent ⁊ cognoscendi facilitatem: ⁊ requiescendi felicitatem: sine difficultate quippe nos adiuuāt: qz spūalibus motib⁹ puris ac liberis nō laborāt. ¶ Fulgent⁹ de misterio mediatoris li. iiii. In hoc quidem aīabus nostris q̄maxime potiores sunt angeli: qz sicut a peccatis: ita sunt a passionib⁹ alieni. Qđ etiā se recte colentib⁹ pmittit dñs dicēs. Erūt sicut angeli dei. ¶ Gregoriꝰ in moralib⁹ li. xviii. Angeli semp vident facié dei ⁊ semp videre desiderant: sicut scriptū est: In quā desiderāt angeli ꝓspicere. Nā ⁊ desiderium sine fructu anxietatē habet. Et sacietatē fastidium subsequi solet. vt ergo nō sit i desiderio anxietas desiderantes sanctos. Ne aūt sit in sacietate fastidiū. sacietate desiderāt.

¶ xxxvii.

De merito eoꝺē ¶ Petrus lombardus.

Utrum ergo p gratiā tunc sibi datam ipsi beatitudinē meruerunt ambiguū est. Quibusdam ēm placet q̄ eā meruerūt p gratiā quā in cōfirmatione ꝓceperunt. nec meritū ꝓcessisse ꝑmium tpe dicunt: sed causa. Alius videtur q̄ tūc nō fuit eis gratia data ad merendū: sed ad beate viuendū. Quod aūt tūc in ꝑmium acceperūt. p obsequia nobis exhibita ex dei obedientia ⁊ reuerentia mereri dicunt: ⁊ primū ꝓcessit meritū: ⁊ hoc michi placere fateoꝝ. ¶ Actoꝝ. Exemplū potest accipi de patrefamilias: qui dat alicui seruienti c. solidō. p ministerio quo futurꝰ est ei vno anno vl̄ pluribus. Sic ēm dedit dñs angelis suis in confirmatōe beatitudinē in ꝑmium: p ministerio quo seruituri erāt ei vsqz ad diē iudicii. Ante confirmationē vero nec gratiam tunc sibi datā meruerāt: qz tā nō esset gratia nisi esset gratis data. potest tñ dici q̄ stando meruerūt qua liter cūqz. i. stare fuit eis loco meriti: qz dum fecerūt qđ in se erat: vt acciperent gratiā ⁊ beatitudinē: congruuz fuit vt daretur eis: nō tamē debitū: qz nō est vere meritum sine gratia. Et ita meruerunt eā quodāmodo sicut merito congrui nō merito ꝺigni. ¶ Hugo de sacramentis li. i. Angeli ex tunc mereri ceperūt: et quo voluntate moueri ceperunt: quoniā voluntas in illis erat potens moueri. ⁊ ferri suo appetitu in vtrūqz. voluntarie aūt moueri ⁊ ferri spontaneo appetitu. hoc est cum potestate eligere ⁊ libertate iudicare: in quo cōstat liberum arbitrium. ⁊ ꝓpter hoc facti sunt liberi arbitrii: vt voluntario appetitu mouerentur ꝑm electionē volūtatis sine coactione. Ceperunt aūt diuidi ab eo qui facti erant: vt aliud tam essent. vel ꝑficientes sup illud: ut bonꝰ essent: vel sub bono deficiētes: vt mali essent. Quinq statim quertebantur. voluntarie mouebātur gratia cooperante sine coactione. Qui āt a bono auertebātur spōte ꝑcipitabantur gratia deserente sine oppssione. Et q̄ conuertebātur: idcirco bene mouebātur: qz gratiā cooperantem habuerūt. Ꝟ qui auertebantur idcirco non ꝑcipitabantur. qz gratiā cooperantē nō habuerūt: ſz gratia deserebātur: qz auertebantur.

¶ .xxxviii.

De scientia eoꝺē et motu affectionis. Augus⁹. de ciuitate dei libro. xi.

Angelis bonis. oīnis tpalium corꝑaliumqz rerꝝ scientia qua inflantur demones vtilis est: nō q̄ illaꝝ ignari sint: sed q̄ dei charitas q̄ sanctificantur eis cara est: ꝑ cui⁹ incōmutabili pulcritudine cui⁹ sancto desiderio inardescūt. oīnia que infra sunt: ⁊ quod illud est. nō sunt. seqz ipos inter illa ꝓtemnunt: vt ex hoc toto q̄ boni sunt: eo bono ex quo boni sunt ꝑfruantur. Et ideo certi⁹ etiā ista tpalia nouerunt qz principales eoꝝ causas in verbo dei conspiciūt per quod factus est mund⁹. Quib⁹ causis quedā ꝓbantur quedā reꝓbātur: cuncta ordinantur. Ibi ergo in eternis dei legib⁹. que in dei sapientia viuūt mutationes ipm̄ puident. deiqz voluntas que tā certissima q̄ potentissima est oīm: spūs eius ꝑticipatōe cognoscūt. ¶ Johānes damascen⁹. li. ii. Futura quidem neqz angeli bonꝰ nouerunt. tñ deo eis reuelante ⁊ predicare iubente.

¶ Isidoꝝ in sententiis suis li. i. Angeli semp in deo ñ in se gaudent: ⁊ in verbo dei cognoscunt oīnia. priusq̄ in re fiant. ¶ Ambrosi⁹ ad neophitos. Ipm quidez altissimum pfecte scire nequeunt. Nec scrutādo: sed suscipiendo ⁊ adorādo tremunt: seruiendo venerātur: laudā res benedicunt puigilando celebrāt. ¶ Augꝰ de ciuitate dei li. xi. Nō aūt angeli aut boies ꝑ verba sonantia deū discūt sed p ipam ꝑsentiā immutabilis veritatis. inseparabilem vni⁹ substātie trinitatē agnoscūt. Ipsam quoqz creaturā meli⁹ in dei sapiētia tanq̄ in arte qua facta est: q̄ in seipa scīūt: ac p hoc etiā seipos meli⁹ ibi q̄ in seipis nouerūt. nam ⁊ aliter scitur rectitudo linee seu veritas figuraꝝ cū intellectu cōspicitur. aliter duz in puluere scribitur. Et aliter iusticia ī veritate icōmutabili. et aliter in anima iusti. ¶ Idē li. viii. In ipo nimirum creatore veritatē incōmutabilē cernūt: ⁊ fm illam voluntates dirigūt. ¶ Dyonisius in gerarchia celesti. Virtutes celestes dicim⁹ ⁊ sursum couersibiliter exte di: et erga semetipas firmiter cōuolui: ꝓpriaꝝ existētes custoditiue virtutū. et erga venientia sociabili ꝓcessione in ꝑticipatōe virtutis ꝓpriꝺas esse. ¶ Idē in li. de diuinis noib⁹: Moueri quidez dicūtur circulariter animi nō inchoatis ⁊ nō terminatis illuminatōib⁹ boni ⁊ optimi: directe vero q̄cunqz ꝓcedunt in subiectoꝝ ꝓ uidentiā recte oīnia terminantes. Oblique aūt et quādo ꝓuidētes inferioꝝ irreuersibiliter manent i imutabilitate. causale bonū incessāter circūeūtes.

¶ xxxix.

De linguis eoꝺē ¶ Glosa sup epistolam primam ad corinthios.

Si linguis ait hominū loquar et angelorū ⁊c. Linguas angeloꝝ vocat nutus vel signa: quibus maiores angeli significant ea que de dei voluntate primi senserūt. ¶ Johānes damascen⁹ li. ii. Lumina ſa intellectualia ex primo et sine principio lumine illuminatōez habentia non lingua et auditu indigentia: et sine sermone ꝓlato tradentia sibi inuicem et consilia et intelligentias. ¶ Actoꝝ. Habent ergo potestatem sermonis intelligibilis: quo indicent affect⁹ suos et intellectus de bis rebus quaꝝ cognitio non erat in eis a principio. Nec est idem in angelo loqui quod cogitare vel intelligere: sed cogitatū vel intentū q̄dam luminositate irradiare alii exprimere. Et audire angelum loquentem. nichil aliud est. q̄ eius cogitatōez vel intentū videre. Et quod vni exprimitur non semp ab

aliis videtur vel intelligitur: nisi ab ipo āgelo loquēte voluntarie eis exprimatur. Unde dicitur q locutio angeli est cogitatio directa p voluntatē ostendendi alteri ipm cogitatū vel intentū. Sed hec est locutio angelor fm naturā suā: in qua cōmunicant boni t mali angeli. Alia vero est eor locutio p gratiā fm virtutē speculi siue motoris supmi: in qua cōmunicant angeli boni et anime sanctor: vnicuiq3 eīm innotescit voluntas t intellectus alteri⁹: fm repsentatiōz speculi: t voluntatē sup̄emi motoris. Uñ licet oīs respiciāt in speculo. Nō tñ oīs equaliter a speculo recipiūt: sed quidā plꝰ: quidam minus: secundū dignitatē recipientiū: t fm voluntatem ipsi⁹ in speculo: qđ ostendit cui vult. Nō ei oēs angeli vidēt oia in speculo. Sed hec plena revelatio reseruatur plenitudini glorie: quia cōsūmabitur eorum pmium in iudicio futuro. ¶ .xl.

Exemplū ad evidentiā mutue locutōis eorū.

HAB intelligentiā aūt dictor de mutua locutōe angelor qui sunt lumina intellectualia: vt dicit iobānes damasceⁿ⁹ valet exemplū de lumibus corpalibus. Nā vbi sunt tria lumina vel plura: videnf esse radii oīm cōmixti in aere. sed phantur esse discreti in essentia. p hoc q si subtrahaf vnū ullor luminū. subtrahuntur simul oīs radii ab illo pcedentes. sic si fm lumen subtrahitur. similiter de tercio. Si vero si ibi esset vera cōmixtio: nullo modo possent radii vni⁹ luminis separari ab aliis sine mutatōe alior. vnde patet cos esse discretos fm essentiā. Si ergo quodlibet ilor luminū haberet voluntatē liberi arbitrii: posset radios suos cōtingere vel influere aliis qñ vellet t quib⁹. Et ablcōdere quib⁹ t qñ vellet. Sic celestia illa lumina cū sint voluntate liberi arbitrii pdita: secundū voluntatē suā. illuminationes suas. siue sermones intelligibiles. intimāt quibus volunt: t celant quib⁹ volūt: sicq3 patet q vn⁹ angel⁹ potest intentōez suā alii manifestare: ita vt non innotescat aliis. Ad aīam quoq3 loquit angelus. bona suadendo vel revelādo sine corpali medio coopante vl impediente: quadā virtute occulta intentōez suā ei imprimendo. sicut magnes attrahit ferrū: quadā virtute occulta: etiā si interponatur argentū. Habet aūt possibilitatē transmutādi fantasmata imprimēdo imagines incitantes ad bonū: sicut dyabolus ad malū. Ceterum laudant angeli deū. non laude vocali sed spūali. Quia nec deus indiget signis vocalib⁹ ad cognoscendū eor affectōes. Nec ipi qui loquuntur indigent verbis: ad mentes suas excitandas: cū nō habeāt mentes pigras t torpentes sicut nos. sed pspicacissimas t ferventissimas. Laus eor fit fm intellectū t fm affectū: q3 intelligens cōphendit fm modū t miratur bonitatē dei: t affectus psentit t adheret t cōfirmat se ei. Unde laudare deū est ei⁹ bonitatē cognitā ptestari. Et cognitō quidē ptinet ad intellectū. ptestatio ad affectū. ¶ .xli.

De potestate eorū ¶ Aug. sup gen. li. viij.

SUblimib⁹ angelis deo subdite fruentib⁹. subdita est oīs natura corporea: ois irratōalis vita: omnis voluntas vel infirma vel prava. Et hoc de subditis vel cū subditis agūt: quod ordo natura poscit in oibus: iubēte illo cui subiecta sunt oīa. ¶ Idem in li. xi. Creare quidez naturā nullus angelus potest: sed voluntas angelica obediens deo subdita: naturalib⁹ motib⁹ velut materie de reb⁹ subiectis ministrare: vt fm illas principales in verbo dei rationes nō creatas: vl fm illas principales in primis sex diep opibus causaliter creataf aliquid in rpe causetur: more agri colendi vel medendi potest. ¶ Idez de trinitate li. iii. Dicit ergo nec parētes filior nec agricolas frugū creatores dicim⁹: Quis eor extrinsec⁹ adhibitis motibus creaturā dei virt⁹ opetur interi⁹. Ita nec bonos angelos nec malos phas est putari creatores: sed pro subtilitate sui sensus t corpis semina eor nobis occultiora noverūt: t eas p ogruas tentationes elementor laborum tenter spargūt. Atq3 ita t gignendar rer t acceleran dorum incrementor pbent occasiones. Sed nec boni hoc nisi ex dō tuber. nec mali nisi iuste accepta a deo potestate: siue ad suā penā: siue ad alior. vel penaz malorum: vel laudē bonor: faciūt. Aliud est igitur ex summo causar cardine cōdere atq3 administrare creaturā quod facit sol⁹ creator dei⁹. Aliud p distributis ab illo viribus ac facultatib⁹ aliquā opationem forinsecus admovere. vt tunc vel tunc. sic vel sic exeat: quod creatur Ista quippe originaliter in textura elementor cuncta sunt iam creata: sed acceptis oportunitatib⁹ prodeunt Nā sicut matres grauide sunt fetibus: sic ipe mundus gravidus est causis nascentiū que in illo non creauit. nisi ab illa summa essentia. vbi nec incipit aliquid eē nec desinit. penes quā primi⁹ sunt oīm que sunt. mensure numeri. t pondera. ¶ .xlii.

De sacro principatu eorū ¶ Hugo sup gerar.

VErumtamē creaturā rationalez principem fecit de⁹ potestatis sue. constituens principat⁹ t potestates sacras in celo in angelis: t in terra in hoīsbus: vt dominent creature ei⁹. Dignū siquidez fuit vt ipsa pars opis sui: particeps fieret potestatis ei⁹ in dispositōe sua: que in sua conditione simultudis ei⁹ participationē accepit voluit in rer a se facta gubernatione principes habere: nō vt illor ministerio iuvaretur: sed vt ipi potestatis ei⁹ gloria sublimes efficerentur. Et q vniuersitatis ordo deposcebat: vt opa eius complerent p ordines t dispositōes a summo omniū in vniuersa pcepto decurrēte. Itaq3 insita sibi virtute ac bonitate inolita cuncta fouens t nutriens: t regens et disponens vniuersa. Eandez sub se dominantib⁹ bonitatem t virtutē fm mensurā principatōnis. t ministerii rationem. p ordines t grad⁹ multipharia dispensauit. Excellentioz⁹ quidē t suprapositis: impia m pora et supexcellentiora dona impliens. Inferioz⁹ aūt t suppositis gradib⁹ minora carismata: vt libere famulātia ad subiecta quoq3 sine oppssione plata concedēs. Hec sunt gerarchie quas summa gerarchia fm se formauit t sub se pstituit dñari t pesse in opibus suis secundum ordines assignatos: sub vno principio t potestate vna: a qua oīs potestas: t oīs virt⁹: t oīs lux: q virt⁹ q fm mensurā largitōis t principatōis: varie multipliciterq3 ad decorem t pulcritudinem eor que sapientia ornauit opez: ab vna virtute t potestate vna: distribuitur. multe virtutes. t potestates multe efficiunf. Sed rursus ne multitudo scisma generet: t aduersum se puguet ordis dnatione contraria: vnū principiū est t moderator vnus oīm. A quo habent qđ sunt t sub quo moderantur quod possunt: t referunt ad ipm oīne qđ efficiunt: vt vnitas maneat in oibus: t pax pveneret in regno regentis dei. xliii.

De vnifica cōtemperātia donorū eorū.

HAB anagogicā vero inquit t vnificā eor que pulsa sunt contempantiā divine claritatis radius: vt aut dyonisi⁹ optime et pulcre mltiplicatur et pucnit: manetq3 intra se munite incōmutabili simultudine vniformiter fixus: et in se ūtum phas est respicientes pportionaliter eis se extendit t vnificat fm simplicē suā vnitatē. ac si diceret. divine claritatis radius: qui⁹ in se vn⁹ pmaneat: distributōe tñ donorū varie multiplicat. Hec vero multiplicatio et variatio vniversor est pulcritudo: q3 nisi dissimiliter essent pulcra singula: summe pulcra nō essent vniversa. Nō eīm aliquod ex vniversis diversis capere potuit totum quod erat pulcritudinis. Et ideo sūma pulcritudo varia participatōe distributa est in singulos. vt pfecta posset ee simul in omnibus. Ipsa vero distributio multiplicatur

pulcre ⁊ optime: optime in vniuersis: pulcre in singulis vel optime ſm participati infusionē. pulcre ſm participatiuz diſpoſitōez. Optime eñ multiplicat. vt maior ſit decor vnitatis q̄ participantiḇ ſingulis varie infūditur: vt ipa diuerſitas donoꝝ vnitatis ⁊ pacis ſocietatem ad inuicem cōfirmet: quatenꝰ vnūquodqz membꝝ ſe a totꝰ corpis compage diuidere ſe nō ꝑſumat: cum boni plenitudinē t̄rum in ſe minꝰ habet. in aliox ſocietate poſſideat. Quia eñ vnūquodqz habet qđ aliud nō habet: vel in alio plus habet: quod in ſe minꝰ habz. ideo ſingula inuicem tenēt ad ſe ⁊ concordiam ⁊ pacem ſeruāt inter ſe. Et ipa concordia ⁊ pax. contemperantia eſt. qua ſibi conſentiūt. vt ſtent ad vnum ⁊ reſorbeant ad vnū: ꝓpter hoc ipam contemperantiā ꝓuiſor anagogicā dicit ⁊ vnificā. Vnificā qz diſperſos i vnū colligit. Anagogicā qz delectos ad ſupna reducit. vnificam ꝑ dilectionē ꝑtim. anagogicā ꝑ dilectiones dei. Ideo pulcra eſt in congregatōe. Optima in eleuatōe. Et t̄ radꝰ ille manet intra ſe munite. cū eñ ſe mentibus illuminādis multipliciter ꝑticipandus ꝑſtat: extra t̄ vnitatis ſui ſimplicitatē nō effluit. ſed ꝑ idē ſit vniformiter fixꝰ: vt. ſ. a ſeipō non diſcrepet quaſi ſibi diſſimilis. Et etiā reſpicientiḇ in ſe t̄rum illis poſſibile ē: ſe extendit ꝓportionaliter vt. ſ. alii amplꝰ vel minꝰ accipiant ab eo. ſecundū q̄ magis vel minꝰ ad deū accedunt. Et vnum eos facit in ſuo lumine ſicut ipſe vnus eſt.

¶ XLIIII.

De nouem ordinibus angelorū ¶ Gregorius in omelia euangel. xxiij

Quem ergo ordines angelox eſſe. teſtante ſacro eloquio ſcim⁹. angelos. archangelos. virtutes. poteſtates. principat⁹. dominationes. thronos. cherubin. ſeraphin. Unde angelo qui primo creat⁹ eſt: ꝑ ꝓphetam dicit̄: Tu ſignaculū ſimilitudis. vt qz in eo ſubtilior eſt natura: ⁊ in illo imago dei ſimilius inſinuetur exiſtā. Omnis inquit lapis preciosus operimentū tuū ⁊c. Ecce nouem ponit noīa lapidū: qz nouem ſunt ordines angelox quiḇ ille angel⁹ primus ornatus ⁊ optus extitit. Quia dū cunctis angelorum agminiḇ prelat⁹ eſt: ex eox compatione clarior fuit.

¶ Petr⁹ lombardus. Ordo aūt angelox dicitur multitudo celeſtiū ſpirituū: q̄ inter ſe. in aliquo munere gratie ſimilātur: ſicut ⁊ naturaliū datox munere ꝙuenūt. verbi gratia. Seraphin dicūtur qui ꝑ aliis ardēt caritate. Seraphin eñ interꝑtatur ardēs vel ſuccendēs. Cherubin qui ꝑ aliis ſcientia eminent: cherubin eñ interꝑtatur plenitudo ſcientie. Throni dicunt̄ in quibus deꝰ ſedens iudicia ſua diſcernit. Dñationes qui principatus ⁊ poteſtates tranſcendūt. Principat⁹ qui ſubiectis ſibi agenda diſponūt. Poteſtates qui virtutes aduerſas refrenāt ne boīes tm̄ temptare valeāt: q̄tū deſiderant. Virtutes ꝑ quos ſigna ⁊ miracula frequenter fiunt. Angeli qui minora nunciant. Archangeli qui maiora.

¶ XLV.

De excellentia eorū ſecundū dona ¶ Idem

Hec aūt noīa nō ꝓpter ſe ſed ꝓpter nos illis ſūt impoſita. Qui eñ ſibi noti ſunt contemplatōe: nobis innotefcūt cognominatōe. Et noīantur ſingulī ordines a donis gratiax que non ſingulariter ſed excellenter ſibi ſunt in ꝑticipatōe. Omnia eñ dona oībus inſunt nō t̄ equaliter. Cū oēs ſupiores ordines ſublimꝰ ⁊ ꝑfectꝰ dona ꝓcipiāt: t̄ ex ꝑcipuis vocabula ſortiti ſunt. Inferioriḇ cetera relinquēte ad cognominatōem. vt ſeraphin ordo excellentiſſimꝰ ab excellentiori dono. i. a charitate: nomē accepit. Maius eñ donum eſt charitas q̄ ſcientia. Itē maꝰ eſt ſcire q̄ iudicare: qz ſcientia informat iudicium. Ideo ſecundꝰ ordo a cognitione veritatis appellat⁹ eſt. ſ. cherubin. ⁊ ita de aliis. Aſſignatur ergo excellentia ordinū ſm excellentiam donox. ⁊ t̄ vt dicit gregoriꝰ oībus illa data ſunt cōmunia. oēs eñ ardent charitate: ſcientia pleni ſunt ⁊ ſic de aliis: Sed ſupiores aliis excellenti⁹ illa accepe runt a quiḇ ⁊ noīantur: vnde ⁊ gregoriꝰ. vnꝰ quiſqz ordo ei⁹ rei cenſet noīe. quā plenꝰ accepit in munere. Ex hic oritur queſtio. Nā ſi quiſqz ordo ab illo dono noīatur quod plenꝰ poſſidet. tunc cherubin in ſcientia ꝑminent oībus qz a ſcientia noīantur. ſed qui magis diligit plus cognoſcit vt eni tradit autoritas: t̄m ibi quiſqz cognoſcit q̄tum diligit. Itaqz ſeraphin non ſolū in charitate ceteris ꝑminēt: ſed etiā in ſcientia. Ideoqz autoritas illa ſic videtur intelligenda. vt compatio nō referatur ad omnes ordines: ſed ad alia dona. Nec ad oīa ſed ad quedā: fortaſſis enim ⁊ angeli ſicut boīes quibuſdā donis magis pollent aliis: quibuſdaz vero minus.

¶ XLVI.

Quante caſum nō fuerunt ordines diſtincti. ¶ Idem.

Ante caſum quorundā: nō erant ordines iſti: qz nō habebāt dona in quox ꝑticipatōiḇ⁹ conuenirent. Nō eni charitate ardebāt: nec ſapiētia pollebāt ⁊c. Bi eni hec habuiſſent non occidiſſent.

¶ Bernard⁹ clareuallenſis. Quomodo cecidiſti de celo lucifer vtiqz qz nō eras ignifer. ſi eni fuiſſes ignifer ſicut lucifer nō cecidiſſes ¶ Petr⁹ lombard⁹. Quibuſdā ergo cadentiḇ⁹ aliis appoſita ſunt illa dona eiſqz qui ceciderunt collata fuiſſent ſi ꝑſtitiſſent. Ideoqz ſcriptura dicit de ſingulis ordinib⁹ aliquos cecidiſſe. nō quia fuerint in ordinibus ⁊ poſtea corruerint: ſed qz ſi ꝑſtitiſſent eox aliqui in ſingulis ordinib⁹ fuiſſent. qui ⁊ in nature tenuitate ⁊ in forme ſpicacitate differētes gradus habebant ſicut illi qui ꝑſtiterunt. ¶ Idē. Quibuſdam aūt placuit omnes angelos eiuſdē ordinis eſſles eſſe: ſed nō eſt hoc ꝓbabile. Maz lucifer qui de collegio ſupiox fuit ipſis etiā dignior extitit. qui aliis excellentiores creati fuerant. Ex quo ꝓcipitur: q̄ ſi ꝑſtitiſſet. in ordine ſupiori fuiſſet. et aliis eiuſdem ordinis dignior extitiſſet. Sicut ergo vnꝰ eſt ordo apl̄oꝝ: ⁊ alter martirum. et t̄ in apl̄is alii ſunt aliis digniores. ſimiliter et in martiriḇ⁹ alii aliis ſunt digniores. Ita et in ordinibus angelox recte creditur eſſe. Amen.

¶ XLVII.

De varia ordinū diſtinctōne. Johānes damaſcenus. li. ij.

Sacratiſſimꝰ et theologiſſimꝰ ariopagita dyonyſiꝰ celeſtes ſubſtātias in tres determinat trinos ornat⁹. Et primū quidē ait. eſſe cū. quem circa deū ſemp et immediate et prime vnitū eē traditū eſt. Et cū qui ſex alas habentium ſeraphin. et multos oculos habentiū cherubin. ſecundū vero cū qui dñationum et virtutū et poteſtatū. Terciū vero ⁊ vltimū eū qui principatuum: et archangelox et angelox. ¶ Helinandꝰ li. ii. Alter ordinat dyonyſius ordines q̄ alii doctores. Nā in media gerarchia primū quidē illi ponūt dominatōes ſicut ille: ſed in ſecundo loco ponūt principatus. In tercio poteſtates deſcendēdo. In vltima vero primo ponūt virtutes. ſecundo archangelos. tercio angelos. apl̄s t̄ ſicut dyonyſiꝰ iungit virtutes cū dñationiḇ⁹ et principat⁹ et angelis. Origenes aliū ordiez ſequitur: quem grego. papa et alii plures ſecuti ſunt.

¶ Gregorius vbi ſupra. Eſſe quidē angelos et archangelos pene omnes eloquii ſacri pagine teſtantur. Cherubin vero et ſeraphin ſepe libri ꝓphetarum loquūtur quattuor etiā ordinū noīa. Paul⁹ ad epheſeos numerat dicens: ſupra omnē principatū et poteſtatem ⁊ virtutem et dñationē. Porro ad colocēſes ſcribēs quoqz

de dominationib⁹ ⁊ potestatib⁹ ⁊ principatib⁹ ꝓmittit thronos:de quib⁹ necdū ephesiis fuerat locut⁹. Recte igitur angelo⁹ ordines nouē esse dixim⁹:qō eloquio sacro testante scim⁹. Angeli grece nuncii. Isti nunciant minima. Isti vero summa. Virtutes aūt sunt illi spūs p quos signa ⁊ miracula frequenter fiunt. Potestates vero qui virtutes aduersas refrenāt ne tm̄ hoies temptare valeant q̄tum desiderāt. Principat⁹ sunt qui ceteris sibi subiectis que sunt agenda disponunt. Bomi nationes vero qui principat⁹ ⁊ potestates mira potentia transcendūt. Throni qui latine sedes dicūtur: sunt hi qui tanta dei gratia replentur:vt in eis dn̄s sedeat ac p eos iudicia sua discernat. Cherubin dicunt q̄ alius scientia ꝑeminent. Seraphin quoq⁹ qui charitate ꝑ ceteris ardent. Cherubin nanq⁹ plenitudo sciēte dr. Seraphin ardēs vel succendēs interꝑtatur ¶ XLVIII.

¶ De triplici gerarchia ¶ Hugo super gerarchiam dionisij.

Nec quoqꝫ difficile est peipere secundū quā naturā speculū susceptibile sit talis forme.aut eiꝫ secundū q est corpꝰ.aut secundū q est transparens siue puium.aut secundū q est transparēs in vna pte:⁊ in altera pte extinctū siue terminatū. Si primuꝫ dicatur secundū hoc sequit̄ q hmōi forme susceptō omni corpi debeat quod vtiqꝫ flm est. Si secundo modo: tunc hoc magis aeri debetur:vt videtur q magis trāsparens est. Si tercio modo:tūc corpꝰ nō posset esse speculum quod nō esset in altera pte terminatum:⁊ hoc vidēmus esse falsum in aqua.:q̄ est speculū aspicientis ad ipm:licet non sit in altera pte terminata. Similiter metalla videmꝰ esse specula q̄ polita sunt ac tersa: vt ferrum argentū ⁊ talia. Idē quoqꝫ videmꝰ de quibusdam politis lapidib⁹. In quib⁹ oībus merito queri potest.secundū quā naturā cōmunē eis ꝓtingat suscipe hui⁹ formam.dicimꝰ itaqꝫ tria ꝓcurrere in speculi natura.videlicet planitiē in supficiem transparentez. ⁊ aliud terminans ipm post supficiem. Tertiū q sit ꝓportionata reflectio. Nā aer qui trāsparens est tm nō est speculum. Aqua vero q̄ trāsparens ac spissa est aliquo modo terminat lucez:q̄ abstrahit formas visibiles. easdemqꝫ reflectit a supficie plana.⁊ p ꝓsequens ibidem congregat formā abstractā a luce reflexā.vnde ipa est speculū sed aliquātulū obscuꝝ. At vero inter oia melꝰ est speculū ex vitro et plumbo:qz vitꝝ ꝓpter trāsparentiā melius recipit radios:plumbū non habet humidū solubile ab ipo.vnde q̄ supfunditur plumbū vitro calido.siccitas vitri calidi abstrahit ipm: et efficitur in altera pte terminatū valde radiosū. Exigitur etiā ꝓportio reflectiōis Nā si multo minꝰ fieret reflexio sicut in speculo immediate soli oppositō:color ⁊ figura non resultaret vel obscure resultaret. Et hoc ideo etiā accidit: q ꝓdensatio radioꝝ ac luminis:colores ac figuras tegit. Nam si lapis niger valde polit⁹ sub sole ponatur: et aliquis eminus respiciat illū ex obliquo videbit ille lapis alb⁹ vel splendid⁹.ꝓpter diffusionē radioꝝ i supficie. LXXIX

De speculis metallinis.

Quoꝝ metalla quedā multū in supficie polita ⁊ depurata sunt specula:hmōi eīm oīa generātur ex sulphure ⁊ argēto viuo. Argentū aūt viuū fit ex subtili aqueo ⁊ subtili terreo. Cū ergo argentum viuū et sulphur valde subtilia sunt ⁊ cōmiscentur p calidum digerēs et inflamās:tūc fit auꝝ quod in supficie politū ꝓpter subtile aqueū ac mediū. receptiuū est ⁊ reflectiuū:⁊ ꝓpter subtile terreū est terminatiuū ac sic efficitur speculū. Similiter etiā fit de argēto ꝓpter easdez causas:hoc solū excepto:q calidū in ipo nō est ita bene cōmiscens ac digerens et inflamans sicut in auro. Et etiā q auꝝ magis sequitur colorē sulphuris. Argentū vero magis colorē argenti viui. In vtroqꝫ tñ est frigus magis coagulans.⁊ ob hoc luminis receptiuū est ac reflectiuum. Cuꝝ aūt depuratū est ex sulphure quidem puro et argento viuo min⁹ puro bene cōmixtis:ꝓpter hoc etiā ex ipo fit speculū bene in supficie politū:ferrū vero ex vtroqꝫ quidē est puro et bene cōmixtis. et bu miditas ei⁹ viscosa nō est ab ipo sepabilis p eliquatōez calidi:ꝓpter hoc efficitur quidē speculū sed magis obscuꝝ secundū quid:ac secundū quid minus obscuꝝ. In eo quippe qō politū est.magis accedit ad naturaꝫ dyaphani p naturā aque:et magis receptiuū est forme ⁊ colorꝭ. In eo vero qō est ex partib⁹ grossis terreis.magis est vmbrosum:et sic min⁹ receptiuū. Auꝝ aūt ⁊ cuprum in eo quod habent colorez sulphuris: minus receptiua sunt forme et colorꝭ. In eo vero q habēt subtile

terreū:magis receptiua sunt q̄ ferr̄. Ideo argentū bene politū inter oīa metalla melius est speculus:qz in colore magis accedit ad dyaphanū. Plozo stannū t plumbum magis sunt ex argento viuo nō puro: nec bene cū sulphure cōmixto.ppter hoc in superficieb⁹ eoz semp remanent ptes obscure terrestres: receptabilitatē lumis impedientes. Iōqz ex istis nō generat speculū. LXXX

De variatione imaginis in speculo visu respondentis.

Hoc autē videtur mirabile q̄ imago speculi q̄n videtur in tpo:q̄nq̄z videtur in pfundo: q̄nq̄z i superficie. Cuiqz anterior ps aspicientis contra speculū sit speculo ppinquior videt ipa citi⁹ tāgere speculum q̄ posterior. Et sm hoc videtur q̄ nobis deberet primo resultare posterior ps:t nō anterior quasi coopta posteriori:sicut de homine a nobis recedente nō videmus nisi posteriorē ptem. Nos aūt dicimus q̄ sicut habitū est supius:forma que apparet i speculo species est nō habens spissitudinē. Ideoqz nulla questio ē vtr posteriorē tegat anteriorē. Ideo aūt forma illa quando qz videtur in pfundo:q̄nq̄z in superficie.q̄n in speculo n resultat forma tantūmodo. sed etiā distātia q̄ est inter aspicientē t speculū. Ideoqz q̄n est magna distātia: tūc forma videtur in speculo pfundata Quādo vero est distantia pua:tunc videtur ad superficiem accedere. Pōt etiā oriri dubitatio cur in quibusdā speculis apparet recto modo:in quibusdā aūt supius apparet inferius t ecōtra. Sinistra quoqz apparet dextra t ecōtra. Similiter etiā cur in quibusdam plures apparent facies ad vnū aspectū. In quibusdā vna tm̄. Nos aūt dicimus q̄ in speculo puexo nō apparet forma sicut in plano;t huius rei causa est:qz in plano vna ps speculi non est sub alia.ideoqz nō fit ab vna pte sup aliā reflexio. Et in cōcauo vna ps est sub alia. Et ideo supior forma receptā ducit sup inferiorē:sic supior pars inferior apparet:similiter etiā est de dextro t sinistro. Et iste est mod⁹ naturalis in generatōe oīs mixti:licet non figure lapidis qui topazion dicit:in quo semp apparet facies versa. Si vero fiat speculū angulis multis angulatū:tūc quilibet angul⁹ p discōtinuationē t reflexionē que fit in eo multe fiūt imagines sm naturā discōtinuationū reflexionis. Si vero speculū fiat in vna pte pcauum:in altera planū:due facies resultāt. Et siquidē concauū sit superi⁹:t planū inferi⁹.tunc in loco cōtinuatōis plant ad concauū:videbūtur facies ille in collo cōtinuate.ita q̄ facies vna sit supius t alia inferi⁹. Si vero sit econtra planū inferi⁹ t pcauū supius: tūc videbūtur facies ille in vertice capitis pntinuate: eo q̄ inferior pozrigit superius:t supior dependet inferi⁹. LXXXI.

De speculis planis

Non solū vero apparet dextra sinistra t ecōtra in speculis pueris:sed etiā in planis. Nō tm̄ ex causa quā in libro de speculis ponit euclydes. videlicz eo q̄ videam⁹ p lineas radiales ab oculis egredientes:sed potiꝰ ideo:qz forma abstracta a re visa per actū luminis apparet in speculo: et sicut abstrahit ita imprimitur. Ideo fit imaginis sit⁹ ad aspicientē oppositus. Plozo in re alta etiā distātia in speculo repsenta tur vt in turri.cui⁹ cacumen inferi⁹ videt .qz.s.a speculo distat ampli⁹. t ob hoc apparet pfundi⁹; ppter hoc in speculo vel in aqua videtur turris cōuersa. Hac etiā de causa baculus stans in aqua:oblique aspicientis: curuus vel absc̄sus videtur:qz.s.baculi forma p oīne pfundus aque existens;superficiei aque imprimitur. idqz vlteriꝰ immutat aerē t visū t figurā.et hui⁹ immutatōis causa est:qz linea veniens a pfundo ad superficiē aque recta est. Linea vero a superficie aque ad oculū veniens:obliq sup ullā cadit:ita q̄ sup aque superficiē facit angulum acutum versus aspicientem:sicqz curuitas duarum lineaꝝ immutatōne causa est apparitōis curuitatis rei. Si vero sup rem in aqua iacentē aliquis aspiciat directe;tunc res videbitur directe: qz tunc ad punctū linee immutantis superficiem aque.cadit linea immutationis visus perpendiculariter ac directe.ita q̄ super aque superficiem duos angulos rectos signat. Actoz. Hec de forma vel imagine in speculo relucente. LXXXII.

Qualiter lux sit colorum ypostasis.

Ex libro de vaporibus.

Deo aūt lucē esse ypostasim colorꝫ.t si relinqueretur sibi veniens ad vnūq̄q̄z corp⁹ non quiesceret donec color illius corpis appareret pure lux.vnde videm⁹ solem patentē eclypsim in lumie suo remissum.et oīne albū apparere pallidū. Cuiqz sm remissionē lucis:appareāt oīes colores remissi; patet q̄ lux veniens ad vnūq̄q̄z colorātū: accipiens a reb⁹ a q̄ bus reflectit q̄ inuenit trālit in essentiā colorꝫ suorū. t hui⁹ rei indiciū est:q̄ splendor penetrans vitrū;inueniens ibi picturā diuersorꝫ colorꝫ: in sua penetratōe reflect⁹ est ab obstaculo.t nō reflectitur in specie splendoris:sed specie picture.vnde patet q̄ splendorez accipit ab eo q̄ inuenit in vitro. hinc est etiā q̄ minimo vino rubeo existente in fundo vasis apparet albū. Appositū in magna q̄titate apparet rubeū. Quod est qz intensio splendoris q̄ est in paruo vino facit illud apparere albū in colore.s.qui multū est ei affinis:inueniens aūt de vino multū in vase.nō est ita de facili penetrans in pfundum:et ideo debilitatur.vnde q̄n⁹ apparebat albuz tam apparet in rubore obscurꝫ.hoc aūt mixt est q̄ vitro depicto t splendore illud penetrāte i sui reflexione si apparet in specie splendoris veri. Sed in specie colorꝫ p picturā assimulati. Et tm̄ cū in vino rubeo videm⁹ celū ex reflexione colorꝫ in specie.nō videm⁹ illud in colore vini rubei:sed in colore ppio.et dico q̄ quādo color reflectitur ad rubeū:si fuerit multū rubeū:mutabit ydea celi sm colorē quē inuenit in vitro sed debiliter. Plozo cū penetrat vitrꝫ a luce:ibi est quasi quedā mixtio. Cuz aūt reflectitur debilioz est colorꝫ reflexio cū colore vitri pūcto. videm⁹ aūt q̄ aer illuminat⁹ a luce; min⁹ itrum accipit lucem ex alio. At ecōtrario virtus odorati cū inficitur ab alioꝫ odore:inueniens illā infectōez nō inficitur a simili. Qō inde videtur: qz nichil habēs vnā formā in effectu:accipit infectōz a cōsimili. Itaqz videtur q̄ nichil in luciditate positū dū illā retinet inficī posset ab alia;nisi augmentet eī⁹ luciditas. At econtrario in domo q̄ est dispolita in luce p vnā candelā:est videre.q̄ alia candela allata lux augmentatur Ad hoc aūt dico q̄n lux est de genere eoꝝ q̄ nō habent contrarium;et ita si potest intendi potest t remitti. Qō autez oīne subiectū retinens aliquā infectōez non inficiatur a cōsimili.nō est generale.videm⁹ eīm q̄ aer inficitur a pariete albo.sm se totū. In odoratu vero fumositates resolute a vino in eo q̄ qui potauit:opilāt carunculas narium ne discernere possit t odorare vinum potatum ab alio. LXXXIII.

Iobuc de quibusdam ppriet̄ib⁹ lucis et vmbre Alexander.

Lux nō videtur per se:sed p materiā. est autez aliter in sole.aliter colore.aliter in quacunqz re illuminata.nec ꝓcedit lux nisi a corpore: qz nō est nisi a corpore. A quolibet aūt puncto cuiuslibet corporis lucidi oritur lux;per quālibet lineā rectā q̄ potest extendi ab illo puncto.ex quib⁹ patet q̄ a quolibet puncto cuiuslibet corporis dyaphani cōtingentis aliquod corp⁹ lucidū quocūqz lumine:oritur lux per oīnē lineā rectā q̄ potest extēdi ab illo puncto t trālire in corpore dyaphano tangente illud punctuz. Item omne corpus

coloratū lucidū ꝓprie mittit formā suā a quolibet punc to ipi⁹:ꝑ omnē lineā rectā.demiqꝫ ꝓprium est lucis extendi fm lineas rectas.siue lux fuerit essentialis.siue accidentalis.siue debilis.siue fortis. Cūqꝫ alia mediāte luce videātur.lux seipa.nulloqꝫ alio modo videtur: lux maxime se oībus exhibet:ꝛ est principiū cognitōis sensualis oīm:maxime in visu. Michilomin⁹ maxime incognita est inter oia. ¶ Augustin⁹ in libro confessionū. Lux oculis egris odiosa est:que puris est amabilis.

¶ Philosoph⁹. Luce ꝛ vita nichil iocundi⁹.nichil extigui faciū⁹. Radi⁹ ꝛ lux qñ ꝑpendiculariter descēdit in domū ꝛ cadit in terrā.generat ex se radiꝫ reflexū:qui scilicet radi⁹ reflex⁹ de necessitate reuertit ꝑ eandē viā ꝑ quā descendit radi⁹. Nā si ꝑ aliā rediret angulū acutum faceret.Et ita duo radii.s.generās ꝛ generat⁹ fūt vn⁹ radi⁹. Ité radi⁹ penetrās foramē quadratum vel alio modo angulare.facit in obiecto remoto lucē rotundam. Radi⁹ descendēs sup corpus clarū ꝛ politū.generat splendorē resultantē:sed si descendat sup corp⁹ opacum ꝛ impolitū nequaq̄: lux debilis valde apparet in locis obscuris:et later in locis luminosis. Corpus celeste. verbi gratia.vt sol quasi cōtrario modo dat lucē suam ꝛ calorē. Nā magis trāsparentibus:magis dat de luce:ꝛ min⁹ de caloꝛe. Econtrario magis opacis ꝛ corpulentis pl⁹ dat de caloꝛe:ꝛ min⁹ de luce Cūqꝫ in aere exīstente in domo in quā nō cadit radi⁹ solaris nichil videatur adesse.supueniente radio solis tot ibi corpora minuta apparent:vt nemo sit qui ea numerare possit.

¶ Hugo de trib⁹ dieb⁹. Quid luce pulcri⁹ q̄ cū colorē in se nō habeat.oīm tū colores rex ipa qdammodo illuminando colorat. Sol sicut aur⁹ rutilat. Luna pallet q̄si electr⁹. Stellar⁹ quedā flameo aspectu radiāt.quedā lucē nitida micant. Quedā vero alternatim: nūc roseum: nunc viridē:nunc candidū fulgorē demonstrāt ¶ Philosophus. Umbra vero est lucis priuatio que fit ꝑ obiectum corpis tenebrosi corpi lucido. vmbra lineamenta corpis retinet ꝛ detineri nō potest.fugientē se sequitur ꝛ sequentē fugit:facit apparere pulcr⁹ qm occultat maculatum. vmbra tanto est breuior q̄nto sol altior. Insensibiliter perit que moto corpe in radio solis alia et alia semp erit.nec est vmbra terre:ꝛ hac vmbra sola luna ō celestib⁹ corpib⁹ inuolu itur. LXXXIIII.

De distinctione corpalis ac spiritualis luc̄ a tenebris. Actor

Ortō lucem illā primariaꝫ vt ex ꝓdictis patet distinxit de⁹ a tenebris.quiditate.ꝛ loco.ꝛ tpe hec siquidem ab inuicē diuisa sunt essentialiter q̄ lux habit⁹ est:tenebre vero priuatio. Temporaliter aūt:q̄ lux in die.tenebre in nocte.localiter quoqꝫ:quia dū lux est in vno emisperio:tenebre in alio ¶ Hugo de sacramentis li.i. Ergo illud primū momentū tpis quā do creata ē oīm visibilū inuisibilūqꝫ natura. nec nox fuit:nec dies.et tunc temp⁹ fuit q̄ mutabilitas.postea vero ꝺtinuo luce facta:diuise sunt tenebre ꝛ lux. Et tē pus iā ꝑ diem ꝛ nocte distingui cepit. Et vt mihi videtur in eodeꝫ ꝓtus momento tpis: quo visibiliter ꝛ corporaliter diuisa est lux a tenebris. Inuisibiliter quoqꝫ boni angeli discreti sunt a malis.illis in tenebris peccati cadentib⁹:ꝛ istis ad lucē iusticie ꝙuersis vt lux essent ꝛ nō tenebre:sic eīm ꝑsonare debuerūt: exemplaria operum dei:vt q̄ visibilia erāt opa sapientie inuisibilū ꝑ uectus sequerentur:fm q̄ ipa q̄ virtutibꝫ opabatur sapientia.ibi iudiciū exercuit:hic formauit exemplum.

¶ Johānes crisostom⁹ in sermone de ieiunio. Cur ergo nō pri⁹ de angelis q̄ de visibilib⁹ creaturis aliquid liquidū.s.ꝛ expssum insinuauit moyses. qꝫ loquebat iudeis rudib⁹.s.de egipto eductis: quos nō tūc oportuit ꝑ excelsiorem viā ad creatoris cognitōēꝫ; sed ꝑ planiorem.i.ꝑ creaturas visibiles adducere ¶ Augustin⁹ super genesim. Itaqꝫ sicut dicit scriptura ꝓtior oīm creata est sapientia.i.intellectualis ꝛ angelica vita:q̄ quidē informis ac tenebrosa fluitaret:si nō ad creatorē cōuersa formā sapientie caperet:ac lux in eo fieret. ¶ Idem in libro de ciuitate dei.xi. Si aūt ad illor⁹ dict⁹ opa pertinent angeli q̄ moyses in principio geneseos describit. ipi sunt lux illa:q̄ diei nomen accepit:cui⁹ vnitas vt cō mendaretur nō est dict⁹ dies ꝓtim⁹;sed dies vnus. Ne etiā aliud dies ꝓtim⁹ ꝛ secund⁹ ac ceteri.sed idez vnus ipe septies repetit⁹;ꝑpter senariā cognitionē operuꝫ q̄ fecit de⁹. Et septimā quietis:qua in seipo a suis opib⁹ requiescit de⁹. Cū eīm in verbo dei facti sunt lux.profecto ꝓcipes facti sunt lucis eterne q̄ est dei sapiētia: et dicitur filius illuminās omnē hoīez ꝛ angelū mundum. vt sit in domino lux: a quo si auertitur angelus fit immundus. LXXXV.

De lucifero et primo de illius statu. Petrus lombardus

Inter hos itaqꝫ celestes spūs:de quib⁹ dictū est supra. fuit vn⁹ oīm⁹ aliis cadentib⁹ excellentior: nec inter stantes aliquis eo fuit dignior sicut testimoniū scripturarum monstrat. Scriptū est eīm in iob ipe est principium viar⁹ dei. ¶ Gregor⁹ in moralib⁹ li.xxxii. Neqꝫ ei etiā nunc tā mira ꝓtra dei electos exercere posset. si nō ex magna ꝺditione natura ei⁹ subsisteret. Idcirco ergo ad tā multā fortitudinē sufficit: q̄ in natura rex hunc conditor primū fecit.ꝑ vias quippe dei ei⁹ actōnes accipim⁹. vnde recte principiū viar⁹ dei vehemoth dicit q̄ nimir⁹ cū cuncta crearet:hunc primū ꝺdidit quez reliquis angelis eminentiorē fecit. Cui⁹ eminentiā ꝓbeta demonstrat dicens. Tu signaculū similitudinis dei: licet eīm homo ad similitudinez dei creat⁹ sit:angelo tū aliquid mai⁹ tribuit:cū nō ad similitudinem dei ꝺdit⁹: sed signaculuz similitudinis dei dicit: vt videlicet quo subtilior est in natura eo in illuz similitudo dei plenius expssa credatur.de quo etiā ꝑ ꝓpheraz dicit oīe lignū paradisi nō est simile ei:q̄ cetera celestiū virtutū agmina:q̄uis excelsa sint:huic tū nō ꝑlata sunt nec equata. Item ad eū ꝑ ꝓphetā dicitur oīs lapis ꝑciosus opimētum tuū.ꝑ lapides angelor⁹ ordines intelligim⁹ quib⁹ vehemoth iste operi⁹ fuisse describitur:q̄ eos quasi vestem ad ornamentū habuit:quor⁹ dū claritatem trāslēdit:ꝛ eoꝝ compatione clariores fuit ¶ Idez in li.xxxiii. Alibi quoqꝫ de ipo in eodem libro legitur: q̄ nō est potestas sup terrā que illi comperatur:potestas nimir⁹ eius sup terrā cunctis eminentior phibetur: q̄ ꝛ si actionis sue merito infra hoīes cecidit. Oīe tū hoim genus nature angelice conditōē transcendit:qui q̄uis beatitudinem ꝺdidit.nature tū sue magnitudinez nō amisit:qua humana oīa supat:licet sanctis hoībus meritor⁹ suor⁹ subiectione subiaceat. Sed quo altior est ꝺyaboli natura eo maior est innocentis hoīs gloria. De hinc etiā de illo ꝺyabolo subditur:qui fact⁹ est vt nullū timeret:sic quidem ꝑ naturā fact⁹ est. vt conditorez suū caste timere debuisset:timore.s.sobrio timore securo. Nō timore quem foras charitas mittit; sed timore in seculū seculi ꝑmanente quez charitas gignit. LXXXVI.

De casu ipsius ¶ Petrus lombardus.

Se itaqꝫ ysidoro teste. postq̄ creat⁹ est eminentiam nature ꝛ ꝑfunditatem scientie sue perpendens:intantū superbiuit q̄ etiaꝫ deo voluit similis esse. Nō ꝑ imitationez sed equalitatem potentie.et tante superbie merito deiect⁹ est ¶ Bernard⁹ clareuallensis. Lucifer siquidez ille qui mane oriebatur: pro eo q̄ similitudinez vsurpare voluit altissimi ꝑ rapinā:arbitrans se esse equalem deo. qō est vtiqꝫ filii: ꝛcipitat⁹ illico corruit:q̄ pater ꝑ filio zelans in ipm vindictā exercuit:q̄ et mendax est.cū se fore similē altissimo iactauit et mendacii pater cū hominem quoqꝫ venenauit: ꝛ sue

falsitatis seminariū fudit dicens. Eritis sicut dii. Bíxit eñ lucifer: iam nō lucifer sed tenebrefer ⁊ vesperus Sedebo in monte dei ⁊c. O impudens ⁊ imprudens. multa mihi ministrabāt ei. ⁊ tu sedebis. Quid iā laborasti vt sedeas. Quid seminasti vt iā metas. Nō ē hoc tuū: sed quib⁹ paratū est. Quid est qō inuides. Sedebunt vermiculi terre iudicātes: ⁊ tu nō modo stabis: ſz iudicand⁹ astabis. Ipi vtiqz qui eūtes ibant ⁊ flebant mittentes semina sua: venient cū exultatione portātes manipulos suos. duo sunt manipuli quos queris. bonoris. ſ. ⁊ quietis: sed nō sic impie nō sic. Qui seminauerit vilitatem ⁊ laborē: metent honorē pariter et quietez: p confusione sua duplici et rubore: in terra sua duplicia possidebunt.

¶ LXXXVII.

¶ Qualiter veritate ac diuinorum cognitōe secretorum est priuatus ¶ Augu. sup gen̄.

Actus ergo p̄ statim a veritate se auertit. p p̄ria potestate delectatus: beateqz vite dulcedinem nō gustauit quā nō acceptā fastidiuit: sed volendo accipe amisit. Ceciditqz non ab eo qō accepit ſz ab eo qō accepisset si deo subdi voluisset. ¶ Bernardus. Porro sicut iā supradictū est. Seraphin stantes ⁊ astantes dño maiestatis. ei⁹ caput. i. altitudinē duabus alis velant. Admiratōe. ſ. in qua feliciter delectantur. Et veneratōe in qua feliciter gloriant. pedes etiā duabus alis: fidelitate. ſ. atqz prudentia velāt. Nā p pedes ei⁹ intelligim⁹ inuestigabiles vias ei⁹ ⁊ profundū sapientie: ad quos pedes etiā incarnatōis misteriū pertinet. ⁊ omnis opatio nostre salutis. Cū itaqz seraphin ⁊ fideles pariter ministri sint ⁊ prudētes: sic diuina negocia gerunt et saluti puident elector: vt maligⁿ ille omino appēdere nō possit. Ex pedū velamento factū reor: vt nesciens dñm glorie fecerit crucifigi. Et hoc etiam quotidie fieri solet: vt salutis nostre negocijs ignoras seruiat ⁊ inuit⁹: sero postmodus plangens: q dū obesse voluerit inuent⁹ sit. profuisse: sic p administratorios spūs illuditur ei⁹ astutie. q ⁊ fideles sint qui detegere nolint ⁊ prudentes qui tegere norint: diuine erga nos prudentie ⁊ dispositōis archana. Porro duab⁹ alis volant. ſ. nature pspicacia: et gratie efficacia. ve tibi supbe spūs adulterarie psumptionis amator: nō steristi in veritate expulsus es. Quid aūt estimare vetat dejecto lucifero ad pugiles excubias: seraphin astitutos. Sicut ejecto boie ad custodiā cherubin flame⁹ gladi⁹ traditur: vt a ligno vite incōsio. ſ. quib⁹ nichil carni terribilius manū, phibeant corpalem. Porro seraphin tñ alas accipūt quar velamine arceāt oculū spūalem Itaqz duab⁹ alis velabāt caput ei⁹. ⁊ duabus: pedes. vt nec alta dei: nec pfunda ei⁹ inqu⁹ ille valeat cōtemplari. Erit aūt cū revelabit gloria dñi: sed prius tollet impi⁹: ne videat gloriā dñi. Interim sane velanē caput ⁊ pedes: vt mediū aliud eidem impio ad videndū: ſz ad inuidendū vtiqz relinquat. Cetex sicut e supmis duabus alis: nequissim⁹ ille admiratōnez habuit: sed ñ venerationē: sic mediis quoqz spūalem intellectū ei natura dedit: sed nō etiā gratia affectū tribuit. Itaqz superbus ille lucifer lucē pferens nō ignem habens. alteri tā tum inuit⁹ ale: casuz facere potuit nō volatū: exultauit eñ lucid⁹ esse: nō feruid⁹: nō incensus: qō seraphin sonat. Nō ergo steterit: qz ptemplit. Sz nec volare potuit qō psumplit. Sic nichilomin⁹ ex infimis alis plane si delitatis exps fuit: sed prudentia nō caruit. Nā et serpens erat callidior cunctis animantib⁹ terre. forte eo ipso tam irrevocabilis est casus eius. q ex his quas dixi mus alis sicut in parte dextra nulla affuerit: sic in leua nulla defuerit;

¶ LXXXVIII.

De complicib⁹ ei⁹ ¶ Petrus lombardus.

Non sol⁹ aūt lucifer cecidit: sed cū eo alii multi qui in ei⁹ malicia consenserūt. Nā vt ait Johānes in apocalipsi. Draco de celo cadens terciā partez stellar⁹ secū traxit. ¶ Beda. Hoc aūt dixit nō q⁹ lucifer eis malū suggessit: nec peccatū eor⁹ videatur habere remediū excusationis: ac p hoc ⁊ liberatōis. iuxta hec sim origenis. Sed ideo dicitur secum traxisse: q⁹ dū ille equalitatem dei ⁊ principatū alior⁹ angelor⁹ supbe appetereret. Illi ob ei⁹ plenitudinē ⁊ excellentiam ab eo dependentes: mox ei⁹ voluntatem cognoscentes sponte p psensū ei adhesērūt: et ob hoc pariter cū eo ceciderunt Nō q⁹ voluerūt omīs similes esse deo: sicut ipe. sed idē cū eo voluerūt. ſ. q ipe esset eor⁹ caput sicut appetebat hunc casum suū pscire nō potuerūt: q⁹ si pscirent: iaz essent ante casum miseri. aut stulti ⁊ maligni. ¶ Anshelmus in libro de casu dyaboli. Angel⁹ mal⁹ adhuc i bona voluntate stans psciebat se casur⁹: aut volebat vt ita fieret: aut nō. Si volebat: iā ipa mala voluntate ceciderat. Nō ergo volendo cadere prius sciuit se casur⁹ q⁹ caderet. Si presciebat ⁊ nolebat: ergo tanto erat inferior q⁹to debebat esse felicior: qō nō conuenit. Relinquit ergo q casum suū mallaten⁹ pscire potuit. ¶ Petrus lombard⁹. Q⁹ aūt angeli⁹ qui ceciderūt gratia data nō est culpa eor⁹ fuit: quia cū stare possent noluerūt quousqz gratia apponeretur: sicut alii pstiterunt: donec illis cadentib⁹ p supbiam: eis gratia appolita est. Apte ergo cadentiū culpa in hoc dēphendi potest. q⁹ licet sine gratia nequirēt pficere quā nondū acceperāt: p id tamē qō eis collatū fuit in creatōe poterant non cadere. i. stare q⁹ nichil erat qō eos ad casum impelleret: ſz spontanea sua voluntate declinauerūt. Qō si nō fecissent qō datū est aliis vtiqz darer ⁊ ipis. ¶ Anshelm⁹ vbi supra. Videes ergo angelū bonū ⁊ malū: deo parem debere grazq̄tum ad bonitatē ei⁹. Nec dyabolū ideo min⁹ debere reddere deo qō dei est: q⁹ sibi abstulit qō de⁹ dedit. Et noluit accipe qō de⁹ obtulit. Semp ergo debet agere gratias deo malign⁹ spirit⁹: p beatitudine quā sibi ab stulit: sicut bon⁹ p ea quā sibi ipe dedit.

¶ LXXXIX.

¶ Cur cū de⁹ creauit quē peccaturū pscivit. Augustinus super genesim.

Hoc est ait initū figmenti dei qō factū est vt illudatur ab angelis ei⁹: figmentū eñ dyabolus dicitur: q⁹ cū sciret cū de⁹ volūtate malū futurum vt bonis noceret. creauit tamē cū vt de illo bonis prodesset: hoc aūt fecit vt illudatur ei. Illuditur eñ ei cū sanctis ei⁹ temtatio. pfit. Sic ⁊ mali boies quos deus malos futuros puidens: creauit tñ ad sanctor⁹ vtilitatem. illudūtur tñ: cū sanctis cor⁹ temtatione pfectus pstatur: sed ipe est initiū: q⁹ pcedit antiquitate et priuatio malicie. hec aūt illusio fit malis angelis ⁊ bonis mb⁹ p angelos ⁊ boies sanctos: q⁹ subdit eis deus homines ⁊ angelos malos: et nō q̄tum nitūtur: sed q̄tum sinuntur possunt. ¶ Bernard⁹ clarevallensis sup cantica omel. xvii. Jocundū vero iudiciū: vt supbus ille. humilū malleator. eiſdē ipis nesciens fabricet coronas petuas: oīs impugnādo. ⁊ oibus succūbendo. Tu mihi miser sedem collocas in aquilone. plaga nubilosa ⁊ frigida: ⁊ ecce suscitātur de puluere inopes: ⁊ de sterco re paupes. vt seō. cū prin. et. ſ. g. r. Incaluit super eos mons coagulatus mons pinguis. ¶ Idē in quodā sermone. Sic aūt etiā vt iā supra dictū est p administratorios spūs illuditur eius astutie. q⁹ et fideles sint qui detegere nolint et prudētes qui tegere norint diuine erga nos prudentie et dispositōis archana. hinc factū reor vt nesciens dñm gl'ie fecerit crucifigi. Ex hoc etiā quotidie fieri: vt salutis nostre negocijs ignoras seruiat et inuitus. sero postmodus plangens: q⁹ dum obesse voluerit inuent⁹ sit. profuisse. Hinc ergo ille nequissim⁹ et in p̄senti torquet acrius: et in futuro cruciabitur grauius. primū quidem q⁹ ipsam nobis longanimitatem diuine

benignitatis iuideat.deinde q nequaq sibi ipi hac sat tem occasione puideat vt ad pñiam puocetur. xc.

De obstinata ei⁹ supbia Gregor⁹ vbi s.

Sic quidē vt tā supradictū est p naturam fact⁹ est:vt conditorem suū caste timere debuisset timore securo videlicet. Sed qm ei a quo ꝺditus fuit subesse despexit:tanto magis infra se ccidit. qto magis se ꝺtra gloriā sui conditoris erexit: factusq est vt nullū timeret.nullū videlicet:q nec etiā deū. Sz neq boc ipz qꝺ passur⁹ est metuit: appetitū nāq celsitudinis vertit in rigorem mentis. Et q ius quelite potestatis nō obtinuit:quasi qꝺam supbie sue remedium inuenit:insaniā sensibilitatis. Quia vero ꝓfectu transgredi cuncta nō potuit:despectu se ꝺtra cuncta ꝓparauit. Cui⁹ adhuc supbia describit.cū subdit omne sublime videt.i.cunctos velut infra se positos quasi de sublimi respicit:q⁹ dū cōtra auctorē p intentionez nititur. Estimare sibi quēlibet parē dedignat. Qꝺ etiā aperte membris ei⁹ ꝙgruit:q⁹ omnes iniqui p tumorē mentis elati:cunctos quos cernūt supbie fastu despicitūr. Et si qñ exteri⁹ venerātur:unt⁹ tñ in secreto cordis ubi i sua estimatōe magni sunt:cunctoꝝ vitam sibi postponunt Reꝓbi tñ cū vnū vel minimū bonū suū incauti ꝑspicunt mala multa grauia in quib⁹ sunt non agnoscunt. Ar electi ad qlibet remississimū malū suū :deo disponente ex infirmitate trepidār:vt magna bona ad q̄ puenire sunt nō amittār. Sicq⁹ fit vt ꝗstos mala aduuent illos vero bona grauēt. Quia videlicet z male bono vtitur reꝓb⁹.z bene malo vtitur iust⁹. Recteq⁹ in fine locutōis dñice.vnū aliqꝺ apte de leuiathan exprimitur vnde membra ei⁹ nobis breuiter significent. Naz subditur ipse est rex sup vniuersos filios supbie. Supbia etiā cuidentissimū est signū reꝓbor: at cōtra humilitas electoꝝ. Cū em quā quisq⁹ mentē habeat agnosci tur:sub quo rege militet inuenit. vnusquisq em quasi quendā titulū portat opis:p quē facile ostēdat: sub cuius fuiat potestate rectoris. xcii.

Qualiter sit in demonibus malum. Augustin⁹ de ciuitate dei li.xii.

Creatura igit q in tanta nature excellentia creata est vt licet mutabilis sit. adherendo tñ immutabili bono beata fit. Cuiusq indigentie explende nō sufficiat nisi de⁹ ꝓfecto nō illi adherere vicium est. Omne autē viciū nature nocet:ac p boc ꝺtra naturam est. Ab illa ergo q adheret deo: non natura differt ista:sed vicio. Et sicut beatitudinis illi⁹ causa est adherere deo:sic ecōtra amissionis illi⁹ causa est nō adherere deo.boc em adepto illa beata est: quo amisso tota misera est. Byonisi⁹ in libro de diuinis nominib⁹ Demones mali esse dicūtur:eo q infirmātur circa operationem naturalē.falsa ergo ꝙuersio est eis malū. z a cō naturalib⁹ suis egressio z infirmitas.et impotentia.et ipfectio.infirmitas.z fuga.z casus.fugit em optime malū natura:z sm q malū null⁹ est genitiuū,aut nutritiuuz.aut saluatiuū.aut factiuū.quid itaq est in demonibus malū:furor irrationabilis. amens ꝓcupiscentia. fantasia ꝓterua:q tñ in aialib⁹ nō sunt mala sed naturalia. Nō em oia oibus z omnino cadē sm id ipm: mala sunt:demoni em malū est ꝺtra deiformē intellectū eē anime cōtra ratōez:corpi cōtra naturā. Augustinus de natura boni. Omnia qto magis ordinata speciosa moderata sunt:tanto magis bona sunt. Malū ergo nichil aliud est q corruptio modi vel speciei vel ordis naturalis. Idē ad ꝺosiū. Malū natura nō est: sed priuatio boni hoc nomē accepit:deniq⁹ bonū potest esse sine malo. Malū nō potest esse sine bono. Idē in enchiridion. Quid est qꝺ malū dicit:nisi priuatio boni. Sic em z corpib⁹ aialium nichil aliud est aut morbis vl vulneribꝰ affici q sanitate priuari. xciii.

De causa vel origine mali Bionisi⁹ vbi s

Bonū quidē vniuersaliter ex vna z tota causa est malum aūt ex multis z pticularib⁹. Actor. Quia videlicet ab vnitate cadens in multa defluit. Unitas em vt ait augustin⁹ est opatio ꝙuenientia z concordia qua sunt z inq̄tum sunt:ea q cōpolita sūt: Nā simplicia p se sunt:q⁹ vnū sunt. Augustin⁹ in enchiridion. Dubitare nō debem⁹ causam rez bonarum que ad nos ptinent:nō esse nisi bonitatē dei. Malarū vero ab immutabili bono deficientem boni mutabilis voluntatē:pri⁹ angeli: postea hois. boc est primū creature rationalis malū.i.prima priuatio boni. Idē de ciuitate dei li.xii. Nemo ergo querat causam efficientem male volūtatis. Nō em est efficiens sed deficiens q nec illa effectio est sed defectio. Deficere nāq ab illo qꝺ summe est ad id qꝺ min⁹ est. boc est incipere habere voluntatē malā.deficit aūt nō ad malū sed male:nō ad naturas malas:sed ꝺtra ordines naturaꝝ: ab eo qꝺ summe est ad illud quod min⁹ est. Demones ergo mali sunt mala ꝓpria voluntate:quā bona natura non fecit nisi cū a bono sponte defecit vt mali causa nō sit bonū sed a bono defect⁹. Basili⁹ in hexameron li.ii. Malicia ergo nō ex aliquo alio mutuat substantiā sed ipsa sui genitrix est.labes aiaz.mortis effectrix.ꝓbitati cōtraria.quā z subsistere z a deo factā esse pueri contendunt. Nos aūt malicia nascendi principiū a deo nō accepisse hac ratōe firmam⁹:q⁹ nichil eoꝝ q sūt cōtraria sibi potest quippiā generare dissimile:siue ergo malicie se auctorē esse quisq⁹ cognoscat xciii.

Q⁹ malum non nisi in bono coalescit. Augustinus in enchiridion.

Quecūq ergo sunt vicia animoꝝ naturalū sūt priuatōes bonoꝝ:qꝺiu natura corrumpitur inest ei bonū quo priuetur:ac p hoc nullum est quod dicitur malū si nullū sit bonū. Uiciosa ergo natura inq̄tum natura bonū est. Inq̄tum viciosa mala est. Quappter in his cōtrariis q mala z bona vocantur:illa dyaleticoꝝ fallit ratio: qua dicūt nulli duo simul inesse cōtraria.bec enī duo ita simul sunt: vt si bonū non esset in quo malū esset.ꝓius malū esse nō posset:q⁹ non modo nō esset:sed vnde oriretur corruptio nō haberet: q⁹ si bonū nō esset nec corrumpetur. Nichil enī aliud ē corruptio qꝺ boni exterminatō. Ex bonis ergo orta sūt mala.et nisi in aliquib⁹ bonis nō sunt. Idē in eodē Ideo malū est nature corruptio:q⁹ priuat eā qualicunq⁹ bono. Nā si nullo priuat bono:nō nocet. Nocet aūt Adimit igitur bonū Idem in libro de natura. Absti nere a cibo nō est aliqua substātia:z tamē substātia corporis si omnino a cibo abstineat langueſcit z frāgitur. sic peccatū nō est substantia:eo tñ corrumpitur natura. Idē in aduersariū legis z ꝓphetaꝝ. Ipa quoq⁹ vicia creaturaꝝ:testimonū ꝓhibent bonitati naturarum qꝺ enī p viciū malū est.ꝓfecto p naturā bonū est.viciū quippe cōtra naturā est:q⁹ nature nocet nec vtiq⁹ noceret:nisi bonū ei⁹ minueret. Ambrosi⁹ in libro de ysaac et anima. Ex bonis ergo mala sunt orta:nō enī mala sunt nisi q bonis priuātur.p mala tñ factū est: vt bona eminerent. Ergo indigentia boni malicia est:z ꝺfinitione boni malicia ꝺpbenditur. Quoniā p discipli nam boni malū reꝑitur. Bonū aūt null⁹ eget:sibi abūdat. Mensurā aūt z ꝓfectionē finem quoq⁹ tribuit omnibus. In quo vniuersa constāt;z te quo oia pendent. Byonisius vbi supra. Fugit aūt vt dictū est optimi naturā malū:et sm q malū nullius est generatiuū.aut nutritiuū.aut factiuū.aut saluatiuū. Crisostom⁹ sup matthēū libro secundo. De re nimiz in qua est malum ſubtrahit se bonū ꝓpter inhabitās malū. sicq⁹ bonore cedente;res yadit ad nichilū. xciiii.

Q3 malū cognoscat' p bonū et ecōuerso. Augustinus de ciuitate dei li. xij.

Causas vero talū defectōū inuenire velle. tale est: ac si quis velit videre tenebras. vel audire silentiū: quoꝝ vtrūq3 nobis notū est: nō in specie: sed in priuatōe speciei. Ea vero q̄ ita sciunt q̄ modo nesciendo sciuntur: vt sciendo nesciātur. Cū enim acies oculi corpalis currit p species corpales: nusq3 tenebras videt: nisi vbi cepit nō videre. Ita etiā silentiū nullo modo. nisi non audiendo sentitur. Sic species intelligibiles mens quidē nostra intelligendo cōspicit. sed vbi deficiūt nesciendo pdiscit. Ambrosi⁹ vbi supra. Itaq3 sicut iā dictū est: boni diffinitōe malicia deprehenditur; ac p disciplinā boni malū repitur: bonū aūt nulli⁹ eget sibi abundat. Hieronim⁹ ad rusticū ō penitentia. Scire nō possum⁹ egroratōis mala: nisi cū sanitas fuerit psecuta. Et q̄ti boni virt⁹ habeat vicium demonstrat. Idē cōtra origenē de resurrectōe Ex ne q3 vim antidoti scire poteris nisi venena perspexeris. Idē sup psal. cxxxvi. Veniq3 nescit aliquis quātum sanitas valeat si nō egrotet. Idē sup eccliā. Itaq3 cōtraria cōtrariis intelligūtur. Cū salomon equalis fuit studu scire sapientiam. erroresq3 z stulticiā: vt in aliis opandis: in aliis declinādis ei⁹ vera sapientia ꝓbaret. Ambrosi⁹ in libro de paradiso. Obiicit aūt quidam. q̄ prim⁹ homo cui dictū est a dño. In quacunq3 die comederis morte morieris. Mortē quā nō gustauerat scire nō potuit: Et si nesciebat: timere nō poterat: frustra ergo de⁹ mortē ei p terrore obiecit: quā ille nō timebat Ex hoc facile ex cōmuni vsu nature absoluī potest. Est em̄ natura inlsū oibus animātib⁹. vt etiā q̄ nōdum inesse sibi expta sunt: quasi noxia reformident. vnde enim columbe in ipo ortus sui visu terror accipitris. vnde lupi ouib⁹ formidabiles. z pullis milui. Q3 si etiā irratō nalia animātia: sensum fugiendi naturaliter accipiunt: q̄to magis in primo hoie ratōis vtiq3 plenissimo. naturalis quedā mortis opinio debuit esse vitāde. Augustinus sup gen̄. li. viii. Sed quomodo inquīt intelligere poterat: qō ei dicebat de ligno scientie boni et mali. q̄quidem ipm malū quid esset omino nesciebat: mirum quidē est quemadmodū rex qual habet amissionē etiā inexpta natura deuitat Quis em̄ pecora docuit deuitationem mortis: nisi sensus vite. Quis paruulū adhere scere baiulo suo: si cū fuerit ex alto iacere minitat⁹ Sic illis primis hoibus vita erat dulcis: quā pfecto amittere deuitabant. Idq3 ipm quibuscūq3 modis vel somnis significante deū: intelligere poterāt. nec aliter eis posset p suaderi peccatū. nisi prius psuaderet eos ex illo facto nō esse morituros. i. illud qō habebant: z se habere gaudebant nō amissuros. Si quos ergo mouet: quō poterāt intelligere minante deū. videāt nos oīa inexptoꝝ nomina: nō nisi ex cōtrariis q̄ tā nouim⁹ Si priuationum sunt. aut ex similibus si specieꝝ sunt sine vllo estu dubitationis agnoscere. XCIV.

Q3 nichil est summū malū. Augustin⁹ de ciuitate dei li. xij:

Nature porro quib⁹ insunt vicia: si bone non essent: eis vtiq3 vicia nocere nō possent. Maz qd eis nocendo facit: nisi q̄ eis integritatem adimunt. Q3 si omino desit malū nichil admēdo nō nocz ac p hoc nec viciū est: nō em̄ viciū esse potest: z non nocere. Sola ergo bona alicubi esse possūt Sola vero mala nusq3 possunt: qz nature etiā mala voluntate viciate inq̄tum viciate sunt: male sunt. Inq̄tum vero nature: bone sunt. Et cū natura viciosa in pei⁹ est. excepto eo q̄ natura est: etiā hoc ibi bonū est: q̄ impunita nō est: hoc em̄ iustū est: z oīne iustū ꝑculdubio bonū. Idē in libro de moribus manicheoꝝ. Aliud siquidem est qō sum me z p se bonū est: cui noceri nō potest. Aliud qō ptici patione bonū est: cui noceri p defectū potest. Cuius defectus nō est auctor: qui est auctor essentie. mutant aūt quedā in melioza: et ideo tendūt ad esse: nec dicūtur ista mutatōe puerti: sed poti⁹ reuerti z cōuerti. puersio aūt ꝓtraria est ordinatōi: hec vero q̄ tendūt ad esse: ad ordinationem tendūt quā cū fuerint cōsecuta: ipm esse consequūtur q̄tum id creatura cōsequi potest. Ordo enim ad conuenientiā quandā qō ordinat: redigit. Nichil aūt est q̄ vnū esse. Itaq3 inq̄tum quidq3 vnitatē adipiscit intantū est: vnitas em̄ est opatio cōuenientia z concordia: qua sunt: inq̄tum sunt ea q̄ composita sunt. Nam simplicia p se sunt: qz vnū sunt. que aūt nō sunt simplicia: cōcordia ptum imitant vnitatē: z inq̄tum eaz esse quiuntur intantū sūt z vnū sunt. Ordinatio ergo esse cogit. Inordinatio nō esse: q̄ puersio etiā corruptio noīat sed nō potest venire ad summū malū: quo pducere nititur. dei em̄ bonitas eo rem pduci nō sinit: z oīa deficiēdo sic ordinat: vt ibi sint vbi cōgruēter esse possint: do nec ordinatis moribus ad id recurrāt vnde defecerunt: qō nō est intelligendum generaliter sicut origenes erramant: sed tantū de his que recurrēt. Illa aūt etiā q̄ nō recurrēt. congruētissime in pena p meritis ordinantur Idē in soliloquioꝝ ꝓmo. Be⁹ igitur est q̄ malū nō facit: z facit esse vt nō pessimū fiat. XCVI.

De malo duplici. s. culpe et pene. Petrus lombardus.

Diuisio est corruptio boni: dicitur z peccatus z pena. peccatū sm̄ efficientiaz. i. actiue: qz priuat z corrūpit bonū. Pena aūt sm̄ effectuz. i. passiōnē: que est effect⁹ peccati. Et altera quidez dei est scilicet pena. Altera vero dyaboli vel homis vel culpe Quedā tñ sunt culpe: vt sint etiā peccatoꝝ pene. Augustin⁹ in enchiridion. Ad irā vero dei ptinet iustam. quidquid ceca z indomita cōcupiscētia libenter facit mali. Et quidquid manifestis aptisq3 penis patiuntur multi. Idē cōtra faustū li. ii. Itaq3 vt dicit apostolus q̄ princeps hui⁹ seculi excecauit mētes infideliū. si q̄s intellexerit dyabolū. hoc enī malis cū psuasionib⁹ facere nō negam⁹: quib⁹ qui cōsentiunt iusticie lumen amittunt. id etiā fit deo retribuente qō iustū est. vera hoc homines ꝑturbati nō nunc intelligunt in vno eodēq3 opere malo: nō postea cōsequente alia q̄ erit manifesta: sed q̄ daz cōtinuo comitāte vindicta. aliud venire de astutia suadentis. aliud de nequicia volentis. aliud de iusticia punientis. Cū dyabolus suggerit: homo consentit: de⁹ deserit. Idem sup gen̄. li. viii. Malus quidem nisi experimento nō sentirem⁹: qz nullū esset si nō fecissemus. Neq3 enim aliqua natura est mala. Sed amissio boni hoc nomen accepit. homo enī cū sit bonū mutabile: melius bonū fit: cū bono incōmutabili adheserit. Amādo z seruiendo ei rationali z ꝓpria voluntate. Ideo quippe z hec magni boni natura est: qz z hoc accipit: vt posit summi boni adherere nature. Quo si noluerit bono se priuat: z hoc ei malū est. vnde etiā p iusticiaz dei cruciatus cōsequitur. Quid enī tā iniquū est vt bene sit desertori boni. Nullo modo hoc fieri potest. Sed aliquādo amissi superioris boni nō sentitur malū. cum habetur qō amatur inferi⁹ bonū. Sed diuina iusticia est vt qui voluntate amisit qō amare debuit: cum dolore amittat qō amauit. cū naturaꝝ creator vbiq3 laudetur Adhuc enī bonū est q̄ dolet bonū amissum Nā nisi aliqō bonū remansisset in natura: nulli⁹ boni amissi dolor esset i pena. Augustin⁹ de ciuitate dei li. xix. Proinde nec ipsius dyaboli natura inq̄tum natura malus est: sz pueritas eā malam fecit XCVII.

Q3 malū culpe ordinatur p malū pene

Itaq3 dyabol⁹ in ordinis tranquillitate non p mansit. Et bonus quod illi est in natura non ei

subtkaxit iusticia dei qua ordinat in pena. Nec ibi de bonū insequitur qđ creauit: sed malū quod ille cōmisit nec eīm totū aufert qđ nature dedit Bz aliquid ademit z aliquid reliquit: vt sit quod doleat qđ ademit. Et ip se dolor testimoniū est boni adempti: z boni relicti. nisi eīm bonū relictū esset: bonū amissum dolere non posset. Sed qm̄ equitas ac sal⁹ vtrūqz bonū est: z boni amissi one dolendū est: pfecto ꝓuement⁹ intust⁹ dolet in sup plicio q̄ letatus est in delicto. Nā qui peccat peior est si letatur in damno equitatis. Qui vero cruciatur si ni chil acquirat boni: dolet damnū salutis. Sicut ergo le ticia deserti boni in peccato: testis est voluntatis male ita dolor amissi boni: supplicio testis est nature bone. q̄ eīm dolet amissam nature sue pacē ex aliquib⁹ reliquis pactis id dolet: quib⁹ fit vt sibi natura amica sit. ¶ Idē in libro. xi. Sicut ergo de⁹ naturaꝝ bonaꝝ est optim⁹ creator. ita voluntatū malaꝝ iustissim⁹ ordinator. vt cū ille male vtantur naturis bonis: ipe bene vtat etiā vo luntatib⁹ malis. Neqz eīm vllū angeloꝝ aut hoīm crea ret quē ꝓsciret maluꝫ futuꝝ. nisi prius nosset quib⁹ eos bonoꝝ vsib⁹ cōmendaret: atqz ita ordinē seculoꝝ tāq̄ pulcerrimū carmen etiā quasi quibusdā antithetis bo nestaret: iuxta qđ scriptū est ꝓra malū bonū est: z ꝓra vitam mores z̄. xcviii.

¶ Qualiter angeli boni diuisi sūt a malis tā q̄ lux a tenebris ¶ Augustin⁹ de ciuitate dei libro vndecimo

Inter bonos igitur z peccatores angelos deū quis du bitet diuisse vel ꝓscientia vel ope. Illosqz bonos me rito lucem appellari. Quandoquidē nos adhuc in fide viuentes: z illoꝝ equalitatē adhuc sperātes vtiqz non tenentes: iaz lux ab aplo dicti sum⁹. Fuistis eīm inquit aliqñ tenebre: nūc aūt lux in dño. Istos vero desertores tenebras: qui peiores sunt hoibus etiā infidelib⁹. Sed z si alia lux z alie tenebre in loco illo geneseos designa te sunt. Nos tñ nichilominus illas duas societates an gelicas esse nouim⁹. vnā videlicet seruiente deo. alterā timente pio. vnā cui dicitur: adorate deū oēs angeli ei⁹. Alia cui⁹ princeps dicit. Hec omia dabo tibi si ca dens adoraueris me. Una dei sancto amore flagrante Alia ꝓprie celsitudinis immūdo amore fumantem. Et qm̄ scriptū est de⁹ superbis resistit. humilib⁹ aūt dat gra tiam. illā in celis celoꝝ habitantē. Istā inde deiectā in hoc infimo aereo celo tumultuātez. illā luminosa pieta te trāquillā. istā tenebrosis cupiditatib⁹ turbulentā illā dei nutu clementer subuemente. iuste vlcisceńte. Istam suo fastu dñandi z nocendi libidine estuantē. Illam vt q̄tum vult ꝓsulat dei bonitati ministrā. Istaz ne q̄tum vult noceat dei potestate frenatā. Illā huic illudentem vt nolens ꝓsecutōib⁹ suis ꝓfit. Hanc illi inuidentē cū pegrinos suos colligit. Beniqz z si in principio gene seos cōmemoꝝantur opa dei coꝝpalia: habent certe nō nullā simulitudinē ad hec spūalia. secundū q̄ dicit apls Oēs vos filii estis lucis z filii diei: nō sum⁹ noctis neqz tenebraꝝ. ¶ Idē in li. xii. Proinde causa beatitu dinis angeloꝝ bonoꝝ ea veritissime repitur: q̄ ei adhe rent qui summe est. Causa vero miserie maloꝝ: q̄ ab il lo qui summe est. auersi z ad seipos ꝓuersi sunt qui nō summe sunt. Et hoc vicū quid aliud nisi superbia nuncu patur. Initū quippe ois peccati: superbia. Noluerūt er go ad cū custodire fortitudinē suā. Et qui magni eēnt si ei qui summe est adhesissent: se illi ꝓferēdo id qō min⁹ est ptulerunt. hic prim⁹ defect⁹. prima inopia. primum vicū. ei⁹ nature q̄ ita creata est: vt nec summe esset z tñ ad beatitudinē habendā eo qui summe est pfrui posset a quo auersa nō quidē nulla: sed tñ min⁹ esset: z ob hoc misera esset. Huic porro male volūtatis causa efficies si queratur: nichil inuentur. xcix.

¶ Qualiter mali deiecti sunt et boni confir mati ¶ Petrus lombardus

Dicitur superbie sue merito de celo empirreo in q̄ cū alijs fuerat: deiect⁹ est lucifer cū oibus pa uitatis sue ꝓsortib⁹ in hunc aerē caliginosuꝫ: q̄ iuxta petri sententiā eis quasi carcer vsqz ad diez iudi cii deputat⁹ est. Huc enī in baratrū inferni detrudent Secundū illud: Ite maledicti z̄. ¶ Gregor⁹ in mora lib⁹ li. xxxiii. Nōqz de ꝺyabolo in iob legit. Cū subla tus fuerit timebunt angeli ac territi purgabūtur. futu rum ꝓ ꝓterito ponit. leuiathan siquidē ab arce rectitu dinis cadente. In ruina ei⁹ etiā electi angeli expauerūt Et cū ille superbie lapsus cuceret: illos ad robust⁹ stan dum timor ipe solidauit. Qui etiā territi purgātur. bu ius nanqz lapsus: eos z terruit z purgauit. Terruit ne ꝑditorem supbe despicerent. Purgauit qz exēplū re probis actū est vt electi soli remanerent. ¶ Petr⁹ lom bard⁹. Qz aūt in hūc aerem caliginosum deiect⁹ est lu cifer cū complicib⁹ suis. hoc etiā ad ꝓbationem nostrā factū est: vt videlicet nobis causa sint exercitatōis. vñ dicit apls. Nō est nobis colluctatio aduersus carnem z sanguinē: sed aduersus principes mundi: rectores te nebraꝝ haꝝ. Qz tñ in infernū quotidie descendāt aliū demonū: qui alias cruciandas illuc deducāt: quodqz il lic semper aliqui sint. qui alternatis forsasse vicib⁹: illic animas cruciant z detinent. Nō peril est a vero. De lu cifero aūt quidā putāt q̄ ibi religat⁹ sit z ad nos tem tandos nō habeat nunc recursum: donec in antiqꝫ ꝓpe nouissimo soluet̄r. ipm putant primū hominē tempta se z vicisse. Et secūdo dīm z ab eo victū esse: z ideo i in ferno religatū. Alii putāt eum ex quo cecidit: ꝓ peccati sui magnitudine: illuc fuisse demersum. ¶ c.

¶ Quales effecti sunt demones ꝓ peccatū. ¶ Augustin⁹ de ciuitate dei li. xij.

Angeloꝝ itaqz bonoꝝ z maloꝝ intra se contra rios appetitus: non naturis principijsqz diuer sis cū de⁹ olim substātiaꝝ ꝑditoꝝ: bonos vtroſ qz creauit: sed voluntatib⁹ z cupiditatib⁹ extitisse pha dubitare nō est. Alu nāqz constāter in cōmuni oīnibus bono qō de⁹ illis est: atqz in ei⁹ eternitate. veritate. cha ritate pstiterūt. Alii sua potestate delectati: velut sum mum bonū sibi ipis essent a supiori cōmuni omni bono ad ꝓpria mala defluxerūt. et habentes electōis fastuz. ꝓ excellentissima eternitate vanitatis astutiā. ꝓ certissi ma veritate studia partiū. ꝓ indiuidua charitate supbi fallaces. inuidi. effecti sunt. ¶ Idē in eodem. viii. libro Certū est demones esse spūs nocēdi cupidissimos: a iu sticia penit⁹ alienos: supbia tumidos: inuidēcia liuidos fallacia callidos. ¶ Petr⁹ lombard⁹. Beniqz adeo per maliciaz obstinati sunt: q̄ bene velle nō possunt. z si bo num est q̄ aliq̄ volunt. volunt enī aliquādo aliq̄ fieri quod de⁹ vult fieri: et vtiqz illud bonū est z iust⁹ fieri: Nec tñ bona voluntate illud volūt. habent tñ libez ar bitrū: qz nullo cogente: sed spontanea voluntate a gra tia destituti. bonū vitant: z malū sequuntur. habent er go libez arbitrū: sed depssum. ita q̄ ad bonuz surgere nō valent. Johānes damascen⁹ li. ii. Nō hominū⁹ est mors. hoc est angelis casus. post casuz enī nō est eis pe nitentia: quemadmodū nec hoibus post mortē. ¶ Bya nisius de diuinis nominib⁹. Nō est aūt demonū genus malū q̄tum est iuxta naturā suā: sed q̄tuz nō est. Et nō est mutatū in eis totū datū bonū: sed ipi a dato ceciderunt toto bono. Et datas eis angelicas denominatio nes nunq̄ cōmotas fuisse dicimus: sed sunt z integri z clarissimi. Itaqz sunt z ex optimo sunt z bonū optimū concupiscūt esse viuere z intelligere existentiū appeten tes. Et puaricatōe. z fuga: z casu a cōnaturalibus sibi optimis: dicūtur mali fm q̄ nō sunt z qō nō appetunt ¶ Augustinus de natura boni. Melior est etiā corru ptio ꝓ malā voluntatē rationalis spūs: q̄ irrationalis

incorrupt⁹ ¶ Idem de ciuitate dei li.xi. Sed ⁊ tantum valet in naturis rationalib⁹ qdam veluti pond⁹ uolũtatis ⁊ amoris. vt cũ ordie nature angeli boni⁹. tñ lege iusticie boni boies malis angelis pferantur. ¶ cx.

De scientia eorũ ¶ Augustin⁹ de ciuitate dei

Demones qz vocabulũ grecũ est: a scientia nois ti dicũt. Est em̃ in eis scientia sine charitate; ⁊ ideo tam inflati sunt. i. supbi: vt honores diuinos sibi velint exhiberi. ¶ Petr⁹ lombard⁹. Licz angeli mali sint p malicĩa obstinati. uiuaci tñ sensu pollent⁹ nõ sunt priuati. Hã vt dicit ysidor⁹ triplici acumine scientie demones vigent. s. subtilitate nature. experiẽtia temporũ. reuelatõe supnorũ spirituũ. ¶ Actor. Subtilitatem nature adhuc habent a prima creatione de qua supius dictũ est: q. s. ante casum habebãt essentie simplicitatem: ⁊ rationis pspicacitatem. ¶ Hieronim⁹ sup psal. xvi. Be absconditis inquit tuis adumplet⁹ est venter eoꝝ. venter dicitur cast⁹ intellect⁹. venter ergo angelorum. i. intellect⁹ eoꝝ repletus fuit de misteriis dei anteq̃ eccidissent ¶ Augustin⁹ de ciuitate dei li. ix. Bemones non sicut angeli sancti eternas temporũ causas ⁊ quasi cardinales in dei sapientia ꝓtemplant. Ex quorundam signorũ nobis occultorũ maiori expiẽtia q̃ nos ⁊ multo plura futura pspiciunt. dispositões etiã suas aliqñ pnunciant. Beniqz sepe ist: nunq̃ illi falluntur. Aliud est tpalib⁹ tpalia ꝓiectare: eisqz tpalem ⁊ mutabilem modũ sue uoluntatis ⁊ facultatis inserere qõ de monib⁹ certa ratione pmissum est. Aliud in eternis dei legib⁹ q̃ in ei⁹ sapientia viuunt. mutatões temporũ puidere. deinqz voluntate q̃ tam certissima q̃ potentissima est oim. s. spũs ei⁹ ptici patõe cognoscere qõ sanctis angelis recta discretõe donatũ est. ¶ Bernard⁹ clareualensis. Itaqz sicut iã supra dictũ est. Seraphin duabus alis velant caput. duab⁹ pedes dñi. vt nec alta dei nec pfunda ei⁹ malign⁹ valeat ꝓtemplari: mediũz aliqd ei dem relinquitur ad videndũ: sed vtiqz ad inuidendum ¶ Origenes sup iob li. i. Circũiui inquit terraz ⁊ pambulaui eaz: mala hec gloria tua. Terrã circũis ⁊ ad celum nõ reuerteris. Circũis aũt nõ terremis gressib⁹: si spũalib⁹ seductionib⁹. Terrã circũis velut spũs volãs ⁊ ea q̃ dicunt̃ voce cuncta audiens. Et q̃ opib⁹ fiunt videns. Ea vero q̃ in corde tractantur nescies. Si em̃ cogitationes boim dyabolus sciret: nichil boni facere pmitteret. Sed omnia bona mox vt cogitatione cepta essent destrueret. ¶ cxi.

Qualiter pronunciant futura.

Ecunda die fecit deus firmamentū in medio aquaꝝ. i. ḡnsdam exteriorem mundi superficiez ex aquis coagulatis ad instar cristalli solidataz et plucidam: intra se cetera sensibili a continentez. ad imaginez teste q̄ in ouo est. Et dicitur firmamētū nō tm̄ ꝓpter sui soliditatē: sed etiā q; termin⁹ est aquarum que sup ipm̄ sunt firm⁹ ⁊ intrāsgressibilis. Dicit ⁊ celū: q; celat. i. tegit oīa visibilia. vnde ⁊ ꝓ sui ꝓcame ratione grece dicitur vranon. i. palacium. vnde dicitur celū quasi casa helios. i. solis: q; sol sub tpo polit⁹ ipm illustrat. ⁊ in eo fixa sunt sydera. Arestotiles de celo ⁊ mundo li. ii. Celū est coꝛp⁹ spuale: rotundū: motiuū motu circulari: naturali: sempiterno. Idē li. i. Celum quidē ſm tres modos noiatur. Uno modo dicitur q̄ est vltimū incessus toti⁹: ⁊ coꝛp⁹ naturale q̄ est in vltimo incessu toti⁹. Nos aūt noiare cōsueuim⁹ orizontem hui⁹ mundi: ⁊ supius ei⁹ celū Et dicim⁹ q; illic sunt oīa spualia fixa: quieta. Alio modo dicit coꝛp⁹ continuuz cū orizonte incessus mundi: vbi sunt sol ⁊ luna ⁊ q̄dam stelle. Nos aūt dicere consueuim⁹: q; sol ⁊ luna fixi sūt in celo. Tercio modo dicit celū habens coꝛp⁹ primum ab vltimo incessu toti⁹. Et nos consueuim⁹ dicere completum ⁊ totū celū Isidoꝛ⁹ ethy. li. iii. Celū dicūt ꝑbi rotundū volubile ⁊ ardēs: ⁊ vocatur celū q; tanḡ⁹ vas celarū habet impſſa signa stellaꝝ: hui⁹ spera est speciei quedā in rotundū formata: cui⁹ centꝝ est terra ex oīb⁹ partib⁹ equaliter inclusa Comestoꝛ. Hanc circūuolutam ꝙmerationem philosoph⁹ summitatē ignis intelexit. Cum enim non habet quo ascendat circumuolutur: vt in clibano patet. Ita ⁊ circa mōi exteriora ignis voluitur.

II.

De natura ipsius firmamenti Ex libꝛo de naturis rerum.

Oleꝝ igitur siue firmamentū est subtilis ignea q; natureꝛ rotundū: ⁊ centro terre equis spaciꝭ vndiq; collectū: vndiq; ⁊ conuexū. Mediūq; vbiq; circūitur: et inenarrabili celeritate circūuagatur hoc celū continet omnē naturā in qua est: pūq; flaui colozis est: visus maxime confoꝛtatiuū est. Johānes damasceno⁹ li. ii. Firmamēti natura diuus basili⁹ subtiles ait esse velut fumū: ex diuina edoct⁹ scriptura. Alii vero aquosum: vt in medio aquaꝝ genitū. Alii ex q̄ttuoꝛ elementis. Alii vero quintū coꝛp⁹: ⁊ aliud ꝓter q̄ttuoꝛ. Arestotiles in metheoroꝝ li. i. Orbis est elementum quintū. s. non ex elementis quattuoꝛ: sed aliud ab eis p naturā: locus ei, ꝓpinquus est calidus ⁊ inflamat⁹: quia oīne mobile ex coꝛpibus q̄ mouetur: inflamat q̄ ei ap ꝓpinquat. Auerroys. Celū hoc non componitur ex materia ⁊ forma: ſm q; coꝛpa generabilia ⁊ coꝛruptibilia componuntur: q; nulla potentia est in eo ad duo contraria: sed solū potentia que est esse in loco. vnde pot⁹ debz dici: q; est ex subiecto ⁊ forma: q̄ ex materia ⁊ forma. Nā subiectū dicit affixionē ad formā vnā. Materia vero potentiā ad recipiendū formā aliā q̄ nō ꝓtingit in materia celi: que ē semꝑ ibi cū actu suo. Et ideo sepe dicitur materiā nō habere: sic ergo materiā habet ⁊ nō habet. Beniq; celū ⁊ oīa coꝛpa supcelestia sunt

quoꝝ forme carent contrariis. Ideoqꝫ ingenerabiles ⁊ incorruptibiles sunt. Et subiectū coꝝ non est cōmune. Si eīm cōmune esset, ppriaꝫ formā nō haberet. Hūc ār ppriam habet: quā ⁊ semp habet. III.

De diuersis opinionibus circa naturā eius. Actor

DAtet ergo de natura celi multe fuerūt opiniones. Nā alii quidē posuerūt ipm esse de numero simpliciū: ita vt totū esset forma: ⁊ materiaꝫ nō haberet: inducentes p se illud arestotilis in libro de celo ⁊ mundo. Celū nō est ex aliquo omnino. Alii vero dixerūt illud esse compositū ex materia ⁊ forma: iuxta illud pbi in eodē. Celū est ex tota materia: hoc aūt quidam ponūt ipm esse vnū de quattuor elemētis. Et hi diuersificantur. Quidā eīm ponūt ipm esse aquā. Quidaꝫ vero ignē: vt plato in thymeo: cui sentire videt augustinus. Damasceꝰ vero dicit ipm esse coꝛpꝰ immateriale. Phs aūt ⁊ sequaces dicūt ipm esse quintū coꝛpꝰ preter quattuor elementa. Et hec opinio videt verioꝛ. Cui etiā oīs pene moderni ꝓsentiunt. Si aūt obiicitur cōtrariū: q in ipo videmꝰ ppietates ignis videlicet calidum ⁊ lucidū. Et vbi est ppietas ibi ⁊ subiectū: et ita videtur esse igneū: possumꝰ respondere q ppietas celi ⁊ ignis nō sunt vniuoce conuenientes vtriqꝫ: lucidū eniꝫ ⁊ calidū siue lux ⁊ calor q in celo sunt viuificaria p motum coꝛpis celestis: sicut dicit philosophꝰ in octauo liphsicoꝝ: q celi motꝰ vt vita quedā est natura existentibus oībus. Calidū aūt qō est cū radio ignis iuxta eundem philosophū p se ꝙgregatiuū est homogeneoꝝ. id ē subtilū ascendentiū sursum: ac p ꝙsequens consūptiuū ac disgregatiuū etherogeneoꝝ sibi ppinquoꝝ. i. grossorum descendentiū deoꝛsum. Si aūt obiicitur iterꝫ: q si cut pbatur in libro de celo ⁊ mundo: vnūqōqꝫ elemētū est sphericū. Dicit etiā plato: q ignis mouetur circulariter in loco ppio: et ita q ignis videtur habere motuꝫ rectū nō obstat quin celū qō est circulare sit igneū. Si cendū est: q ignis nō mouetur circulariter: nisi p accidens. s. motu coꝛpis ptinentis ipm. Ideoqꝫ nō determinatur eiꝰ natura p motū illū. Ad hoc aūt q dicūt autores multi celū esse igneū: dicimꝰ: q ignis dicitur duobꝰ modis. s. ab inflamatōne tm actiua vel passiua: vel ab vtraqꝫ. Si ab actiua tantū celū est ignis ꝛm hunc modum: qꝛ. s. inflamat. Si vero a passiua tm: ꝛm hoc carbo est ignis. Sed vtrunqꝫ dicitur large ⁊ impprie. Si aūt ab vtraqꝫ: sic dicitur ignis ppie. Itaqꝫ pdicti autores capiunt ignē large: sicut accipitur in glosa super genesim q dicit. Qꝫ empireū dicitur igneū. Nō ab ardore: sꝫ a splēdore vel illuminatōe. IIII.

De inuisibilitate ipsius.

CUm aūt firmamentū esse ꝓtet subtilis nature creditur esse inuisibile: licet quidā rudes dicāt se illud videre: qđ pur? est aer: vbi eīm visus deficit: vbi error sensui dat imaginatōez videndi qō nō videt: sicut aliquis oculis clausis videtur sibi tenebras videre. Nā q̄tus visus ex luce oculoꝝ sumat exordiuꝫ nichil tñ valet nisi ex alicui? spissitudinis obstaculo repercutiat. Guilberm? de conchis. Visus qđ deficit sursum intendens: quiddā spissuꝫ ibi cōfingit. Nā deficiendo spissatur. Sꝫ qꝛ p oculū transit ī quo est humoꝛ aque? ⁊ cristallin?. cū deficit: nec aliꝰ coloꝛ occurrit: talem coloꝛē. i. aqueū sibi cōfingit. Actoꝛ. Qꝫ ergo superius dictū est: q firmamentū cū sit flaui coloris: visꝰ maxime confoꝛtatiuū est: nō est intelligendū ita: q ille coloꝛ ipi? firmaměti sit in se: sꝫ in oculi confinctōe. Hoꝛro de falsitate visus plenius dicet infra eodē libro vbi tractabitur de aquis supcelestib?. vel etiaꝫ in tractatu de aīa vbi agitur de sensu visus. Qꝫ aūt in ecclesiastico dicit scriptura: q altitudinis firmamentū pulcritudo eiꝰ est species celi in visione glorie. Referri pōt ad stellarum pulcritudinē: que etiā ꝛm quosdā in firmamento dicuntur fixe. vnde ⁊ paulopost dicitur ibidē: Species celi gloria stellaꝝ. Si quis aūt asserere voluerit firmamentū aspectib? nr̄is visibile: de hoc nolo cōtendere. V

De figura eiusdē. Isidorus vbi supra

CElū aūt spera. vt dictū est supra: speciel est quedam in rotundū formata: cuius centꝝ est terra et oībus ptibus equaliter inclusa. Johānes damasceꝰ vbi supra. Quidā opinati sunt celuꝫ hoc totum in circūitu continere: ⁊ sperice forme existere: ⁊ vndiqꝫ supmam partē totiꝰ ipm esse. Media vero eius q̄ ab ipo continent loci esse infimā partez. Leuia vero coꝛpoꝝ supioꝝem ordinē esse sortita: et inferioꝛē grauia. sed licet terrā: et aquā quidē qꝛ leuioꝛ est. vnde et mobiliοꝛ terra existit desup vndiqꝫ: sic in circūitu aereꝫ: et circa aerē vndiqꝫ etherea. i. ignez qui est leuiꝰ elementū: ideo sursum p oībus fertur. Deforis autē oīm in circūitu celum. Hi circulariter aūt moueri celū: et constringere q̄ infra se sunt: et manere oīa firma et nō excidentia. Hi cunt aūt equaliter id distare ⁊ semotū esse a terra: ⁊ de super: et ex lateribꝰ: et desubtus: desubꝰ aūt et ex lateribus aio q̄tum ad nostꝝ sensuꝫ: qꝛ ꝛm continentie rationem: vndiqꝫ supioꝛē locū celū habet. Aūt aūt quidaꝫ ipm subtilissime nature velut fumū esse: ac sperice circūdare terrā: et circūferre cū suo acutissimo motu solez et lunā et reliquos planetas: qui tñ aduersus celū faciunt motū. Et sup terrā quidē existente sole diem hic fieri. Sub terra vero eo descendēte: hic quidem noctem: illic vero diem. Alii vero emisperiū et semicirculū esse celū imaginati sunt: qꝛ dicit dauid. Qui extendit celū sicut pellem. Et ysaias: Qui statuit celū sicut camerā. id est archam. Et quoniaꝫ occidens sol ⁊ luna et astra circūeunt terrā: ab occidente in aquilonē: et ita rursus in oriente deueniunt. VI.

De eodem. Ex spera.

FOrmam celi sphericā esse p hoc comptum est: q stelle que sunt in eiꝰ medio: maximos describūt circulos. Alie vero q̄tū remotioꝛes sunt a mūdi medio: tanto minoꝛes describūt. Et talis est natura coꝛpis sperici. Preterea stelle q̄ sunt in medio mūdi velocissimo cursu mouentur. Que aūt in extremitatib? firmamenti: tardissimo. cū lineares sint ad inuicē: qđ non fieret si firmamentū quadratū vl̄ oblongū esset. Oportet ergo qđ quecūqꝫ sibi inuicez linearia sunt: in alio latere quadrati dū ipm quadratū mouetur: eque cito moueantur. Itē si quadratā vel oblongā formaꝫ haberet firmamentū: contingeret ipm habere angulos: sed totius philosophie principiū est. Vniuersitatē rex includi a circūferentia firmamenti. Cū ergo vn? angul? a loco recederet oporteret q loc? ille vacuꝰ remaneret: donec ille vel alter angul? subintraret. Sed cōstat q aliquem locū esse vacuū est impossibile: ergo est sphericū. Aristotiles in li. ii. de celo et mundo. Circul? est prima figuraꝝ superficialiū et ante figuras reliquas. Quapropter et coꝛpꝰ orbiculatū est ante reliqua coꝛpa: qm̄ ipm solū vna superficie continetur. Reliqua vero coꝛpa equalis linee superficieb? multis. Omnis siquidē figura superficialis: aut est equalis: aut rotunda. Superficies equalis est que plurib? lineis cōtinet. Rotunda vero q̄ vna linea

Albert?. Celū itaqꝫ trib? de causis dicim? esse rotundum. Primo ppter eiꝰ motū quē oportet esse continuū ⁊ inquietum: et hoc nō potest esse nisi in circulo. Secundo ppter naturā celi: qm̄ alias haberet contrariū: ⁊ cēt coꝛruptibile. Tercio qꝛ illa figura. i. circularis sola simplex est: oimqꝫ capacissima: et prioꝛ oīm? Ideoqꝫ competit coꝛpi simplicissimo primo oīa coꝛpa continenti Si aūt in contrariū obiicitur qō dicit dauid. Extendēs

celum sicut pellem:que.s.pretendit tabernaculum. Et ysaias.Qui statuit celū vt camerā.i.archā:vnde videt ad modū circuli figuratū.Responderi potest:q vterqz loquitur ibi vulgariter de emisperio quod est sup nos versus polū articum.

VII.

De ambitu eius et continentia ¶ Aresto tiles vbi supza li.i.

Ico ergo nunc:q totum contentū ex vltimo in cessus t mot⁹ est compositū ex oīi corpe naturali sensato:necessario:qz nō est extra celuz corpus.Nec esse potest oīno. Nec multi sunt celi nec fuerunt nec erunt.Sed vnū est celū pfectuz.completum: cui nō est simile.Nec est loc⁹ extra celū. nec plenitudo. nec vacuitas.nec temp⁹.vacuuz eīm illud diffinierunt. In quo non est aliqō corpoz:sed possibile est esse in eo. Temp⁹ aūt est numer⁹ mot⁹.Mot⁹ aūt nulli inest nisi corpi naturali.Et omnes quidē res quiescunt a motu suo:cū ad loca sua puemiunt.Spere alias supīme autez mobilis nō quiescit oīno mot⁹:qz loc⁹ bui⁹ corpis est rotund⁹ ¶ Idez in.uiii.li.phīcoz. Quedā enī sunt in loco p se:vt omne corp⁹ sm q mobile vel sm augmētū. Alia vero p accidens:vt anima t celū. Nō enī celū alicubi totū ē vt in loco quodā:qz nullū corp⁹ tpm cōtinet sub quo moueatur.Sz ptes ei⁹ quedā in loco sunt: oēs in eo aūt qō circulariter sunt ptinet alia aliaz. vnde circulariter solū mouetur qō surſuz est:omne nanqz.i.vni uersuz nō est alicubi:qz qō alicubi est:extra tpm aliqd est.Et extra'oīe t totū nichil est.Ideo oīa in celo sūt: qz celū est:qō oīe est:scz q̄tum ad continentiā oīm corpoz.Est enī qōdam vltimū t tangens mobile:termin⁹ qz corpis quiescentis.Terra nanqz in aqua est:t hec i aere.hic aūt in ethere.t hic in celo.Celū autem nō amplius est in alio. Nō itaqz locū necesse est spaciū aliqō esse corporeū.nec puncti esse locū. Et loc⁹ est alicubi.i. in aliquo:nō sicut in loco:sz sicut termin⁹ in finito. Nō enī omne qō est:in loco est.sed corp⁹ mobile sm locum

¶ Ex libro de naturis rer. Tria itaqz corpa distinguūtur in mundo videlicet.Infimuz qō est terra in centro posita ideoqz manens immobilis. mediū aūt aer vl' aq̄ vel ignis.Supmum vero celeste.Et sicut corpa: sic eti am qualitates differūt.In infimo nanqz est opacitas. In medio dyaphaneitas. In supmo vero pspicuitas. De his quidā ex nostris satis apte distinguēs: sic ait. Terra iacet stabilis: aqua fluit labilis. aer nutat mobilis.ignis volat volubilis.voluit rotabilis machina speralis. ¶ Albertus.Figura siquidem sperica latioz est: t occupatioz oībus figuris rectaꝝ supficieꝝ. Ideoqz conuenientioz est celo.Et hoc etiā qz multe linee:multe qz supficies ambiunt omnes figuras supficiales. Sola vero sperica inter oēs figuras corpales est quaz ambit vna supficies.Circul⁹ quoqz sol⁹ est inter oēs figuras quē ambit vna linea.Cetez corpi rotundo non est contrarium oīno.

VIII.

De dextra celi ac sinistra. ¶ Actor.

Ecce dictum est de firmamento sm se. Nunc restat dicendū de ptibus ei⁹.Et primo quidē de ptibus oībus q̄ sunt principia sue dimensionis in oībus oībꝫ.s.longitudinis.latitudinis.t pfundita tis.He sunt surſuz t deorsum: dextꝛ t sinistꝛ: ante et retro. ¶ Albert⁹.Dextꝛ siquidez t sinistꝛ q̄ sunt principia mot⁹ localis dixit pitagoras esse in celo.dicit philosoph⁹ aūt:q dextꝛ est:vnde mot⁹ localis incipit. Sinistrum vero p qō in dextꝛ reuoluit. vnde cū circulus nō habeat principiū ac medium t finez sui mot⁹, vt dicit phūs in phīcis.Nō videt firmamentū qō est circulare:dextꝛ vel sinistꝛ habere. Qō enī principiuz t medium t finem sui motus nō habet in se:nec in se habet vnde motus incipiat:t p qō reuoluitur:pterea cū celū moueaf ab oriente in occidentē:nec ibi mot⁹ sistat : sed econuerso regirat. Qua ratōe dicit incipe gratia semi circuli supioris in oriente:dicitur t incipe gratia inferioris in occidente.Si ergo dextra celi dicitur oriens qz scilicet inde mot⁹ ei⁹ incipit:eadem ratōne t occidens. Ité vna pte circuli mota:mouent omnes.qua ergo ratione incipit in vna mot⁹:eadē ratōe in oībus.vbiqz ergo est dextera:vbiqz sinistra. Nos aūt dicimus reuera celū habere dextꝛ t sinistꝛ:differentes in virtute:sz cōuenientes in figuris.Sic enī aristotiles ait in li.ii.de celo t mundo: Q̄z dextra t sinistra nō differunt i figura.sed ante t retro sursum t deorsum. Quod etiā videmus exīsse in humano corpe. pes enī dexter figuratur sicut similter.Et man⁹ dextra:sicut sinistra.membra vero supioza nō figurātur:sicut inferioza.nec anterioza:sicut posterioza Sed notandū q celū aliter consideratur vt est loc⁹ inferioꝝ.et aliter sm naturā,ppriā: sm quā distinguitur a ceteris corpalib⁹.Ideoqz virtutes'quasdam habet:sm q est loc⁹.t quasdā sm q est celū.Supponimus aūt q celū mouea tur a motore sibi cōiuncto. Et nō tantū a deo:sicut inferius habetur:vbi de motu celi agit.Dicim⁹ ergo q dextra celi est in oriente:q̄tuz ad virtutē loci sui situs.Et hoc patet ex eo:q motu celi mouendo illud:mouet oīa naturalia.Cunqz mot⁹ semp sit ab immobili aliquo primo:sicut ꝓbatur in phīcis: oportet vt ille motoz sit immobilis.Et loc⁹ vnde primo mouetur immobilis.dico aūt locū in pte orientis:eo q ibi abundat vis primi motoris. vnde qz p motum celi efflunt virt⁹ ei⁹ in totā naturā.Ad primū ergo obiectū dicim⁹:q licet circul⁹ in q̄tum circul⁹ principium et medium habeat in centro:t nō in circūferentia.Circul⁹ tñ in materia naturali habens positōes sm situm mundi:nō est eiusdē ratōis cū oībus ptibus suis.vnde motus ei⁹ in vna pte inchoat:t in alia pte regirat.Ad aliud dicendū est:q distinctio circuli celi p dyametruz nō sistit motum.Et ideo nō de necessitate est oriens in vtroqz puncto dyametri. Nisi forte quo ad nos t nō secundum naturaz.Ad aliud similter potest dici:q licet mota vna pte circuli:moueaf omnes: nō tñ in oībus est rō inceptōis mot⁹:vt patet ex ꝓdictis.

IX.

Utrū oīm celi oztū sit eadē dextra.

Arta hoc queri potest vtꝝ eadē dextra sit omnium oztū.hoc est.vtꝝ omnes oztes eundem habeāt orientē.videt enī q nequaq̄:qz non est idem initiū vnde incipit mot⁹ oīm.t tñ ab oīb⁹ imponitur aristotili:q dixerit omnes oztes ab oriente in occidentem moueri.Aut hoc itaqz solui diuersimode a diuersis.Nā sm aristotilē:nō est idē oztis oīm. Ex oztis planetaꝝ est in occidēte oztis stellaꝝ fixaꝝ.Ideoqz dicit q oēs oztes mouent ab oriente in occidentē. Imere parqz pitagoraz qui dixit: eos qui habitant sub spera visib⁹ nostris occultatos esse in medietate oztis inferioris in sinistra pte.hoc est.illos antipedes qui sunt versus polum antarticū versus orientem. Nos autē habitare dixit in medietate oztis supioris i dextra pte. Et hoc sm motum spere stellate. Satisqz patet eum dixisse falsum. Si enī dextra est in oriente.sicut ipe dicit. tunc antipedes habitant in pte supiori oztis. In sinistraqz sub motu habitāt regiratōis. Nos aūt qui versus articum polum sum⁹:habitamus in celi dextra inferioꝛe pte oztis:quoniā habitam⁹ sub ascensu inceptōis motus celi.Sed sm oztes planetaꝝ ver dixit pitagoras q dextra planetaꝝ est in sinistra oztis stellaꝝ fixarum Ideoqz sm oztes illos nos sumus in ozte supiori in sinistra:qz mot⁹ regiratōis planetaꝝ est sup nos. Et illi qui habitāt in emisperio alio:sunt in pte inferiori in dextra. Et sm ꝓprium motū planetaꝝ:non sm diurnum Nā sm illum motum ascensus planetaꝝ ex inceptōib⁹ eoꝝ est sup eos:et ideo contingit:qz variantur poli planetaꝝ a polis oztis stellaꝝ fixaꝝ:oriēteqz t occidētes

ipox ab oriente ⁊ occidente illius. Falsum ergo dicūt: qui arestotili imponunt: q̄ dixerit planetas moueri ab oriente primi orbis in occidentē ipius.

X.

De ratōib⁹ auenalpetre astrologi ad idē.

Hoc tñ est ratio auenalpetre ī astrologia sua qui dicit q̄ corp⁹ vn⁹ nature ſm naturalē motū mouetur ab eodē loco in eundē. Cuz ergo oīs spere sint vn⁹ nature: oīes mouentur ab oriente p occidentē itex redeundo in orientē vniformi motu secundum naturā. Alia quoq; ratio ad idem hec est: qñ circuli duo vnus extra: alī intra: mouentur cōtra se in uicem. vn⁹ sistit aliū vel scindit cū: si non fuerint eque fortes. Si ergo celū mouetur ab oriente in occidentem et inferiores orbes econtra. Aut sistent se inuicē. Aut vn⁹ altex scindet: quox vtrūq; falsuz est. Relinquitur ergo q̄ oīs mouentur ab eodē loco in eundē: vex ad primā rationē dicim⁹ q̄ supioza corpa nō habent in se contrarietatē. ideoq; nō mouentur ad loca sua ⁊traria: sicut corpa inferioza. Et vn⁹ est loc⁹ deorsum: qui dicit medīū: ad quē mouetur terra. Et alt⁹ a medio surſum: ad quem mouetur ignis. Est aūt loc⁹ citra mediuz: ad quem nullū mouetur corp⁹. Nā oīe corpus q̄ mouet ad aliquē locū secundū naturā: quiescit naturaliter qñ in illo est. Supioza vero mouentur in loco suo circulariter. Et pres ipi⁹ loci vel sit⁹: nō sunt ad inuicē contrarie: sicut ⁊traria sunt surſum ⁊ deorsum. Sed tñ habēt eandem diuersitatem in eadē natura sit⁹ ⁊ loci. Ideoq; diuersi orbes in diuersis pribus et⁹ possunt incipe motus: ratōe diuersax dispositionū: que sunt in motoribus ⁊ mobilib⁹. Ad aliā vero ratōez dicim⁹ q̄ ad hoc reuera q̄ circul⁹ cōtra circulū directe moueatur: oportet: q̄ ī eisdem polis ⁊ in eodē axe moueātur: qđ nō faciunt orbes planetax cū orbe primo. vel forte potest dici melius q̄ inferiores motores ⁊trarii nō sunt motori superiori qñ pot⁹ intendūt ⁊ appetūt ei similari. Ideoq; mouētur etiā motu ipi⁹. ſ. motu diurno: ⁊ insup habent ꝓpriū motū. vt dicitur infra. qui nō est ⁊trari⁹ motui primo: sed habet ordinē sub ipo ad cōsistentiā nature. Nā ꝓpter diuersitatē inferiox: necesse est diuersos motus in supioribus esse: sicut ꝓbatur in secūdo libro de generatione ⁊ corruptōe. Et in secūdo libro de celo ⁊ mundo. Auenalpetras tñ ratōes illas ꝛcedit: ⁊ ponit oīes motueri ab vno motu primo: cui⁹ virt⁹ fortior est immediato: q̄ in secūdo: ⁊ in secundo q̄ in tercio. et ita de aliis. Ideoq; in primo facit motū diurnū: reuoluens ipm de puncto ad punctū. In secūdo aūt ⁊ inferioribus in tpe diurni mot⁹ nō facit pfectā reuolutōez: sed remanet ps ⁊ itex in alio die ps. Et ſm hmōi remanētias dicit: q̄ planete ab occidente in orientē moueri videnē cū tñ nō moueanē. Q⁹ aūt diuersimode mouentur. hoc dicit cōtingere ꝓpter diuersitatē polox ⁊ circulox.

XI.

Qualiter in celo et in terris distinguitur dextrum et sinistrum.

Sciendū vero q̄ sinistx ⁊ dextx aliter sumūtur absolute: aliter in compatōe ad nos. Absolute duob⁹ modis. ſ. ſm similitudinez: vt in statua. Secundū veritatē in illis in quib⁹ sunt mot⁹ diuersi ut in aialib⁹ in quib⁹ est principiū mot⁹ in dextra ad alteram ptez videlicet sinistrā. primo enīz se trahit dextra: ꝓpter hoc etiā aialia cū ambulare incipiūt: dextx pedē pri⁹: ac deinde sinistx ponūt: q̄ sic faciliox est ambulatio. Similiter ⁊ in celo ſm veritatē sunt: vbi principiū mot⁹ est ab oriente: ⁊ regiratio ab occidente. Nec sine causa dixi mot⁹ diuersi: iz ꝓpter grauia ⁊ leuia: que videlicet nō habent nisi vnū motū a medio vel ad mediū. Ideoq; nō habent motū dextx ⁊ sinistx. Quo ad nos etiā dicuntur duob⁹ modis. videlicet aut p relatōez solam: sicut illa q̄ sunt versus dextx ⁊ sinistx ī compatōe ad nos. Aut p relatōez ad fatū: sicut augures obſuāt aues a dextris ⁊ a sinistris sedentes. Nec ideo hoc dicimus: q̄ credim⁹ vim aliquā habere fatuz: sed q̄ distinctio hec est antiquox. Porro dicit arestotiles de celo ⁊ mundo li. ii. Q⁹ dextx ⁊ sinistx nō est in aliquo plane tax. Nō etiā dictat ratio manifesta. Cū enī dextx et sinistrū sint principia mot⁹ localis. vt dictū est. ⁊ planete nō habeāt motū localē. pcessiuū: sicut manifestū est ideo dextx ⁊ sinistx in eis supflueret: et sic aliquid ī natura vanū esset. Dixerūt aūt quidaz: q̄ dextra celi est vbi est abundātia lumuis disponentis ad motū. Sinistra vero vbi minus est de lumine: qđ si vex esset: qñq; in occidente esset celi dextra: qm illa ps vbi abundat lumē: reuoluitur circulariter: sicut et alia. hoc aūt est ⁊tra pbm in libro de celo ⁊ mundo dicentē: q̄ dextra est vbi videmus stellas oriri. sinistra vero vbi videmus eas occidere.

XII.

Qualiter in celo sunt ante et retro.

Porro de retro et ante celi: que secunduz philosophū sunt principia mot⁹ alteratōnis. Queri potest qđo in celo sint cū alteratio nō sit in celo sicut patet ex supadictis: ꝓterea cū ante et retro differunt in figura ⁊ in virtute: in celo aūt non inueniāt differentia secundū figurā: q̄ rotundū est vbiq;. videtur q̄ ans ⁊ retro nō sint in celo. dicit tñ pbs: q̄ ista sex principia dimensionis videlicet. ante. retro. surſuz: deorſuz dextx. sinistx. sunt oīs corpis cōpleti. Celū aūt est corpus completū: vel pot⁹ completissimū. Dicim⁹ ergo q̄ ante et retro sunt in celo secundū dispositōez circuli signox: sub quo mouetur sol: qui declinat ab oriente versus meridiem: et motorel planetax habent declinatōez secundū ptem illaz: ꝑcipueq; sol. Est aūt in celo principium alteratōis effectiue: q̄. ſ. efficit alteratōnez. Et motu quippe solis ad ante versus aquilonez: et declinationem ipius retro versus meridiem: cōtinua fit alteratio in inferioribus. et ꝓsequntur continua generatio et corruptio: q̄ latio solis in obliquo circulo causa est generationis et corruptōis in istis inferioribus. Qui⁹ enīz inclinationem contingit fieri quādoq; longe: quādoq; ꝓpe. Inequali vero existente distātia inequalis erit motus: quo circa si in aduentiendo et ꝓpe esse fit generatio In recedendo et longe fieri ab ipo fit corruptio. Similiter etiā in aialibus nō fit alteratio: nisi secundū qualitates sensibiles ꝓprie: sicut ꝓbatur in li. philicox. vii. Lunaz. vt dicit philosoph⁹. Ante sit vbi sunt sensus: manifestū est: qualiter ante et retro principia sunt alterationis in aialibus. Ista quippe. ſ. ante et retro maxime diffinuntur in corpe spirāte: qđ est animatū anima sensibili: sicut ipemet dicit. vnde et qđ dicit ans esse: vbi sunt sensus. Nō habet locū in celo: sed tñ in animalib⁹ Q⁹ aūt dicit sex illas differentias in oīi corpe cōpleto esse. Intelligendū est cū ibi corp⁹ completuz appellare pfectū secundū principia mot⁹ in setpo. vel secundū principiū mot⁹ localis diuersitatem habentis: sicut est mot⁹ animalis: ⁊ principiū mot⁹ alteratōis p sensus: et principiū augmenti p surſū ⁊ deorsum.

XIII.

Qualiter surſuz ac deorsum sunt in celo

De surſum aūt et deorsum q̄ secūdū philosophū principia sunt longitudinis in celo. Merito etiam queri potest qđo. Si enī surſuz est secundū magnā distantiā a medio. videtur q̄ circūferentia celi vbiq; sunt surſum: et nusq; deorsum. ꝓterea surſuz ⁊ deorsum principia sunt mot⁹ augmenti iuxta philosophū Ar in celo nō est augmentū. Itē surſum et deorsuz sūt cōtraria: et contraria in celo nō sunt. Dicūt aūt quidaz q̄ surſum est vbiq; iuxta celū et in celo. Deorsum aūt ī terre centro. Et q̄ in celo est vnū istox: nō aūt reliquuz. Sz hoc est ⁊tra philosophū: q̄ dicit orbis longitudinē

esse spaciū in quo sunt orbes: et q̄ ex orbib⁹ sunt q̄ sursum sunt ⁊ deorsum. Et ex eis sunt qui sunt ⁊ deorsuz. Et iste loc⁹. i. spaciū orbiū: oibus medietatib⁹ orbiū est diuersus. Cui nos consentiētes dicim⁹: q̄ sursum ⁊ deorsum in celo sunt. Et est orbis longitudo de polo ī polum: ita q̄ pol⁹ antarticⁿ sit sursū: et articⁿ deorsuz: ſm primū orbis dimensionē. Porro ſm dimensionē aliorū in quib⁹ planete sunt. pol⁹ qui est in nostro emisperio ē sursum. Et pol⁹ qui est in inferiori emisperio est deorsū Et hoc est q̄ intendit dicere phūs: q̄ ex oibus quidam sunt sursum: ⁊ quidā deorsum: q̄. s. vna medietas orbis est sursum: et altera deorsuz Et hoc est q̄ ſm hoc orbes distinguūtur occulti: ⁊ orbes visib⁹ nostris subiecti. Cū aūt dicit philosoph⁹ q̄ iste loc⁹ ex oibus medietatibus est diuersus. Intelligitur q̄ orbes q̄ sunt circa vl̄ citra primū orbē diuersificant in polis ⁊ orientib⁹ ⁊ occidentib⁹. ac p̄ ꝓsequens in sursum ⁊ deorsuz: et in dextro ac sinistro. Ad primū aūt obiectū dicim⁹: q̄ sursū et deorsum duob⁹ modis dicunt. Uno modo q̄ sint principiū mot⁹ recti localis: ⁊ ſm hoc ꝯraria sunt: ⁊ ad ipa leue ⁊ graue mouent. Alio modo ſm q̄ principia sūt ac termini mot⁹ augmenti. vel principia ⁊ termini longitudinis: ⁊ sic nō sunt ꝯraria. secundū hoc dicit philosoph⁹ in libro de aīalib⁹: q̄ in pueris membra supiora sūt maiora ꝓpter abundantiā calotis pellētis alimentū sursū postea vero fit ecōuerso. Ad aliud vero dicendū est: q̄ sursū ⁊ deorsū sunt in celo ꝓut sunt principia ⁊ termin⁹ longitudinis tantūmodo. ¶ XIIII.

¶ De ordine p̄dictarū sex differentiarū ī celo

Merito itaq̄ videt reprehendi pitagoraⁿ q̄ loquebatur de dextra ⁊ sinistra. Non aūt de ante et retro: sursū ac deorsū. Cū tñ illa quattuor ī pluribus numerārtur corporib⁹ q̄ dextrū ⁊ sinistr̄. Sz notandū q̄ iste sex differentie ꝓut sunt in celo ⁊ aīalibus ꝓsiderantur duob⁹ modis. Uno modo. s. ꝓut sunt principia dimensionū. Alio mō ꝓut sunt principia motuz Si cōsiderentur ꝓut sunt principia dimensionum: hoc modo p̄r̄ sunt sursuz ⁊ deorsū: et cōsequenter dextr̄ et sinistr̄. vltimo vero ante ⁊ retro. Sicut prius est longitudo: et postea latitudo: ⁊ pfunditas vltimo. hunc ordinem philosoph⁹ attēdit: qñ pitagoraz reprehendit: q̄ prius loquebatur de dextro et sinistro q̄ de sursū ⁊ deorsū Si vero cōsiderentur ſm q̄ sunt principia motuū: hoc modo prior est dextra et sinistra: cōsequenter ante et retro. et vltimo sursum et deorsum: prior siquidē in mūdo est localis mot⁹: ⁊ cōsequenter alteratio ad generatōez ⁊ corruptōez in inferioribus. vltimo vero generator augmentū: et hunc ordinē pitagoras cōsiderauit: dixerūt aūt quidā q̄ dextra et sinistra diuersimode sunt ī diuersis. Et q̄ in quibusdā sola virtute differūt: vt in celo. In quibusdā figura et virtute: sicut in boibus et planetis. Et isti quidē dupliciter fallū dicūt. s. q̄ dextr̄ et sinistr̄ ſm arestotilē figura nō differunt: sed ante ⁊ retro sursum et deorsū: sicut etiā supius est ostensuz. Et etiā q̄ dextrum et sinistrum in planetis nō sunt: vt ꝓbatuz est supius. ¶ XV.

¶ De partibus celum distinguentibus

Isidorus. li. iij.

Axis est septētrionalis linea recta: q̄ p̄ mediam pilam spere tendit. sic dicta: q̄ spera ī ea vt rota voluitur. vel q̄ ibi plaustr̄ est. Poli sunt circuli qui p̄ axem currūt. sic dicta q̄ sunt axiū cicli ex visu plaustroꝝ. a policēdo. s. nominati. horꝝ alter est septētrionalis: qui et boreⁿ dicitur. et nunq̄ occidit: sed semp videtur. Alter australis qui nunq̄ cernit: q̄ dextra celi altiora sunt: ꝓpter austri. Cardines celi sunt extreme partes axis: sic dicti: q̄ p̄ eos vertitur celū. vel q̄ sicut cor voluūtur. Conuexa celi sunt extrema ei⁹ a curuitate directa: q̄si cōuersa vel inclinata. Curua enī sunt et ad modum circuli flexa. Cauue celi due sunt. s. cauua orr⁹: et cauua occasus. hinc enī sol ꝓcedit. illic se recipit. Climata celi. i. ꝓtes vel plage quattuor sunt: quaꝝ prima oriētalis est: vnde alique stelle oriunt. Secunda occidētalis vbi alique stelle nobis occidūt. Tercia septentrionalis vbi sol puenit in maioribus. s. diebus. sic dicta a septē stellis axis: que in ipo reuolute rotātur. Quarta australis vbi sol in maioribus puenit noctib⁹. Sūt et alia septē climata celi: quasi septem linee ab oriente in occidentē sb quib⁹ et mores hoim dispares: et aīalia specialiter nascuntur: que uocantur a quibusdā locis famosis. Norꝝ primū est meroys. Secundū sonoys vel sgenes. Tercium cataoraⁿ. i. affrica Quartū rhod⁹. Quintū ellespōtus. Sextū mesopontū. Septimū bruscen⁹ ¶ XVI.

¶ De zonis vel circulis in ea contentis.

Idem in eodem.

Zone celi vel circuli sic dicti sunt: eo q̄ in circūductione spere exīstunt. haꝝ distincrōib⁹ q̄daꝝ pres sua temperie incoluntur: quedaꝝ inmanita te frigoris aut caloris inhabitabiles sunt. Primus itaq̄ circul⁹ arctur⁹ dicit: eo q̄ intra cū arcturi signa iclusa ꝓspiciuntur. Secund⁹ tropicus appellat: q̄ sol in eo circūiens aquilonis finib⁹ estatē facit: et vltra eum nō transit: sed statim reuertit. Terci⁹ equinoctialis: q̄ sol cū ad cū puenerit: equinoctiū facit. Quart⁹ antarticus dicit: q̄ cōtrarius est illi circulo qui arctic⁹ appellatur Quint⁹ brumalis dicitur: q̄ sol cū ad cū puenerit: hyemem his qui ad aquilonē sunt facit. Et estatē his qui in austri ptibus cōmorantur. zodiac⁹ aūt circul⁹ est qui ex lineaꝝ quinq̄ angulis: et ex vna linea ꝓstat. Lact⁹ circul⁹ est via que in spera videtur. lactea a candore dicta: q̄ alba est. Dāc aliq̄ dicūt viā esse: q̄ circūit sol ⁊ ex ip⁹ splendoris trāsitu: sic lucere ¶ XVII.

¶ De circulis in maiori spera imaginādis. Et spera

Que aūt hec et alia de circulis in orbe maiori cōtentis euidenti⁹ pateāt. Intelligam⁹ nos q̄ super faciem terre residem⁹ esse in centro. i. in mūdi medio. Et firmamentū. q̄ vniformi motu mouet super terrā. stabile esse et firmuz. Deinde imaginemur in eo septē puncta. Primū recte in septētrione in extremitate firmamenti: et appellatur polus artic⁹ Polus quidem ꝓprie dicitur illa ps axis q̄ excedit rotā. vnde hac similitudine extremitas firmamēti polus dicitur: quia sicut rota circa axem: ita firmamentū circa lineā volvit quandā intellectualem: que ꝓtenditur p̄ medīū terre a polo arctico vsq̄ ad polū antarticū. vñ et illa linea axis dicitur. Arcticus aūt dicitur ab arcto stella sibi vicina Secundū punctū intelligam⁹ recte in meridie in extremitate firmamenti: et dicitur polus antartic⁹: quasi cōtra arcton. Terciū imaginemur directe sup verticē nostram: et dicitur vertiginale. Quartū ecōtra recte sub pedib⁹ nostris: et dicitur oppositū vertiginali. Quintū in oriente simliter et dicitur orientale. Sextū econtrario in occidente: et dicitur occidentale. Septimū ī ipo centro. post hoc intelligamus pedē circini in ipo centro immotū esse. Reliquū vero pedem circini volui p punctum vertiginale. p occidentale: p oppositum vertigiali: p orientale: et redire vsq̄ ad vertiginale. sic describitur circulus: qui dicitur equinoctialis paralellus. Equinoctialis quidē: q̄ cū sol puenit ad eum: tunc habemus equinoctium et intersecat equinoctium in duob⁹ signis equinoctialib⁹. Paralellus aūt dicit quasi eque distās Itez intelligam⁹ pedem circini circūuolui: reliquo immoto p punctum occidentale: p polum articum: p punctum orientale: p polū antarticū: ⁊ sic redire ad occidentale. Sic describitur circulus qui dicit colur⁹. i. cauda bouis siluestris p̄ simlitudinē: q̄ nō videmus hui⁹ circuli nisi medietatē. sicut bos siluester supra dorsum suū

facit de cauda sua semicirculū. Et est idem cū orizonte naturali. Sed in hoc distat: qz orizon naturalis stabilis est. Iste aūt volutur cū firmamento. Itē intelligamus pedem circini circūvoluti: p punctū vertiginale: p polum arcticū: p oppositū vertiginali: z p polū antarticū redire ad punctū vertiginale. Sic describitur circul⁹ qui dicitur colurus meridionalis: qz. ſ. qñ sol ad eū pueneriz: tunc habem⁹ meridiē in qualibet die. ¶ xviii.

¶ De eodem

Deterea quilibet circul⁹ in spera imaginatus intelligatur diuidi in. ccclx. ptes equales: quarum quelibet dicitur grad⁹. Intelligam⁹ etiaz adhuc duo puncta: que dicūtur solsticia. vnū estuale: et aliud hyemale. vnū distans a polo artico. lxvi. gradib⁹ Aliū ab antartico totidē gradib⁹ oppositū primo. post hoc intelligam⁹ pedē circini circūvolui p punctum occidentale: p solsticiale estiuale; p orientale: z p solsticiale hyemale redire ad occidētale. Sic describitur circulus qui dicitur linea ecliptica ab eclipsi: qz nusq̄ habet fieri eclipsis solis et lune: nisi qñ sunt in ecliptica. Intelligamus itez vnū punctuz: qđ distet a loco artico. xxiiii. gradibus: z aliud sub antartico. xxiiii. sub terra primo firmiter oppositū. Itaqz q̄ bucusqz stabile erat: intelligamus semel circūvolui: et p quattuor ista puncta duos scz solsticia z pol⁹ zodiaci describantur: et quattuor circuli: qui paralelli dicūtur. Equinoctiali prim⁹ ex parte septēttrionali z dicitur paralellus artic⁹ borealis septentrionalis. Artic⁹ a polo artico sibi vicino. Borealis a borea: qz ab illa pte flat. septentrionalis a stellis septentrionalib⁹. Reliqu⁹ dicitur tropic⁹ estiualis. Tropicus a tropos qđ est cōuersio: qz sol ad illū pueniens: amplius ad nos nō appropinquat: sed reuertitur. Estiualis aūt qz talis cōuersio fit in estate qñ sol est in cancro Terci⁹ dicitur tropicus hyemalis. tropic⁹. ſ. qz sol ad illū pueniens: amplius a nobis nō elongatur: sed incipit appropinquare. hyemalis aūt: qz talis cōuersio fit in hyeme: qñ sol. ſ. est in capricorno. vltim⁹ aūt a parte meridiei dicitur antartic⁹ meridionalis australis. Antarticus quasi ptra articū. Meridionalis a meridie: qui est ab illa pte Australis ab austro: qz ab illa pte flat. Hi quattuor circuli distinguūt zonas ab inuicem que quinqz sunt: due extreme distempate a frigiditate. Media in caliditate due vero tpate: quaz vna est inter meridionalē frigidā z torridā: in qua nos sum⁹. In alia vero alii ponūt locū refrigerii. alii antipedes. alii paradisū deliciaz. Circulo vero qui ecliptic⁹ dicit: intelligamus. xv. firmamenti grad⁹ ex vtraqz pte: et sic fit circulus qui zodiacus dicitur a zodia grece: qđ est animal latine: qz forme aialium in eo videntur esse. prima ei⁹ pars dicitur aries. secunda thaur⁹: z sic de aliis. de quib⁹ dicetur inferi⁹ in tractatu de celi luminarib⁹ ¶ xix.

¶ De duobus circulis visibilib⁹. Guilhermus de conchis

Diterūt aūt plī vndecim esse circulos: quorum duo sunt visibiles. alii inuisibles. Prim⁹ igit̄ de visibilib⁹ est zodiac⁹: hic a capricorno p arietem ad cancz ascendēs: de cancro p libram ad capricornum descendit. descendere z ascendere iuxta nostz situ intellige. hui⁹ longitudo in. xii. equas ptes p fluxū aq̄ vt refert macrobi⁹. ab egiptiis est diuisa: que signa dicuntur: qz. ſ. eis signam⁹: in qua pte celi sit sol z alii plancte. Que quoniā nominib⁹ aialium intitulata sunt: vt aries thaur⁹ zc. Circul⁹ qui ea primet zodiac⁹ dicitur: a zodia grece qđ est animal latine. Si causas nominuz illorum queris signoz hylpericū lege. hec aūt. xii. signa iuxta qualitates elementoz astrologi quidā in quattuor diuiserūt: asserentes arietem. leonem. et sagittarium esse calidos z siccos. Thaurz virginē z capricornū frigidos z siccos: Geminos z libraz z aquariū calidos et humidos. Cancrum z scorpionem z pisces frigidos et humidos. Quedā etiā masculini sex⁹: quedā femini sexus esse diterūt: que oia quasi falsa z nugatoria pterire duximus. Alter de visibilib⁹ a grecis galaxias. i. lacteus circulus nuncupatur. Galac enī grece lac dicitur et yos circul⁹. Iste iuxta septēttrionem a pte orietis incipit. Inde aliqñ ad cancz ascendēs: p medium torride ad capricornū descendit: et quo p inferi⁹ emisperiuz ad principiū suū reuertitur. Nominatur autē lacte⁹ ppter notabilē sui splendorē ¶ xx.

¶ De aliis nouē circulis inuisibilibus.

Nouem alii circuli sunt inuisibles. Nil enī aliō sunt q̄z linee intelligibiles: horz quinqz sunt paralelli: maxim⁹ quoz est equinoctialis: hic per arietem z librā p mediū torride vadēs: celū in duo emi speria diuidit. dict⁹ equinoctialis: qz qñ sol illū vel ascēdendo vel descendendo tangit: equalis est dies et nox. Alter de paralellis dicitur tropic⁹ estiu⁹: hic est in coniunctione nostre habitabilis z frigide zone. Quart⁹ est tropic⁹ hyemalis. hic in coniunctōe alteri⁹ tempate z torride existit. Quint⁹ dicitur antartic⁹ qui est in coniunctōne alteri⁹ tpate et frigide. Cōmune nomen istoz est paralellus: qđ interpretatur eque stans. Omnes enī circuli isti equū habent in hoc tenorē: q⁹ ab oriente p occidētez reuertuntur ad orientem: vel dicuntur eque stantes: qz si bini et bini medio compantur: eque ab illo distāt: et ipe ab eis. Quantū enī distat a medio equinoctiali tropicus estiu⁹ tm̄ z tropic⁹ hyemalis. Quantū distat ab eodem medio artic⁹: tantū z antarticus. Medius et maximus dicitur equinoctialis z equidialis: qz. vt diximus. quādo sol tangit illū: equat dies z noctes. Secundo qui illū primo loco circūstant: tropici. i. puersiui sūt qz qñ sol ad alterz ascendit: cōuertitur z descendit. quādo ad alterum descendit: conuertitur et ascendit: ppter quus vero nostri habitabili dicitur estiuus: qz quando sol tangit illū facit estatem. Alter dicitur hyemalis: qñ sol in eo exīstens: facit nobis hyemē. Ultimus vero qui nostrā habitabilem z frigidā diuidit: a signo qđ arctos nuncupatur: arcticus vocatur. Oppositus illi dicit antarticus: quasi antiarcticus. i. cōtrarius artico. anti enī contrariū dicit. Preter hos sunt duo inuisibiles circuli: qui dicūtur coluri: quasi colonuri. i. membz bouis siluestris. colon enī membz: vros bos siluestris dicitur. Huius enī membra z maxime cauda sunt imperfecta vnde circuli isti ppter sui imperfectionē vocant̄ coluri. Nō qz in se sunt imperfecti: sed q̄tum ad nos: qz ps alterius poli quā intersecant: nunq̄z a nobis videtur: horz enim principiū in medio septēttrionis est: sed inde ad cancruz ascendens: z ad capricornū descendens: p inferius emisperium ad suū reuertitur principiū. Alter ex eodez loco p orientē z australē polū et occidentē ad principiuz suum reuertitur: sicqz in summo septēttrionis se intersecant: celūqz in quattuor quadrātes diuidūt prim⁹ istoz dicitur anabibazon. i. sursum scandens: qz ad supiora ascendit. Alter dicitur cathabibazon. i. iacens; qz lateraliter circa terrā iacet. Cetez duo qui ad pdictuz spectant numez: sunt meridian⁹ z orizon. Meridian⁹ vero circul⁹ est linea intelligibilis: illā ptem celi designās in qua sol exīstens equaliter distat ab ortu et occasu: vnde qz sol ibi exīstens facit meridiē: meridian⁹ vocatur Orizon vero linea est intelligibilis. vbi celuz videt terre coniungi: dictus orizon quasi limitans. Hi duo vltimi nō scribuntur in spera: qz p diuersitatē habitantiuz vel circūspicientiū variantur. ¶ xxi.

¶ De duplici orizonte

Orizon dicitur quasi finitoz visus. Sūt autem duo circuli qui orizonta dicūtur. vn⁹ naturalis

qui.s.finit visum illoꝝ qui sunt in mūdi medio. Alius artificialis: qui finit visum alicuⁱ existentis extra mūdi mediū. vnde fm diuersos sitꝰ diuersus est orizon artificialis. Notandū ergo q̄ ⁊tum ad sitū recte spere est semp equinoctiū. orizon enim naturalis intersecat equinoctialem p̄ mediū: ⁊ circulos sine potius speras quas describit sol in quolibet die naturali: qui eque distātes sunt ab equinoctiali. vnde tantꝰ arcꝰ in supiori emispherio relinquitur: ⁊tus in inferiori. Ergo cū sol p̄ eos vniformiter moueat: ⁊ supiorem transeat de die: ⁊ inferiorem de nocte: dies ⁊ noctes erūt equales in recta spera existentib⁹. Nos aūt habem⁹ orizontā deuctū: nec interseat aliquā speraꝝ a sole descriptaꝝ. nisi illā quā describit sol existens in equinoctiali. vnde tunc habem⁹ equinoctiū. Quādo aūt sol est citra equinoctialē citⁱ elevatur supra orizontā nostꝝ: q̄ supra orizōta naturale: vnde citⁱ habem⁹ solē: q̄ illi qui sunt in medio mundi. Similiter q̄n descendit in sero: citⁱ desinit illis apparere q̄ nobis: qz citⁱ trāsit eoꝝ orizonta q̄ nostꝝ. Minorē ergo diem habem⁹ q̄ illi: q̄diu sol est citra equinoctialem. Ecōuerso aūt accidit q̄n est vltra. Et pdictis patꝫ q̄ ⁊to magis aliqui remouentur a mūdi medio: tanto magis habent inequalitatē diex. vnde illi qui habent punctū vertiginale in polo zodiaci: quoruꝫ orizon se cōmetitur ecliptice: habent duos dies ⁊minuos circa festū iobānis baptiste. Duas aūt ⁊minuas noctes circa natiuitatem dñi: qz spera tunc descripta a sole nō transit supra orizonta coꝝ. Itē illi qui habent punctū vertiginale in polo arctico: quoꝝ orizon cōmetitur se equinoctiali: habent p̄ medietatē anni diem ⁊minū: q̄n sol est citra equinoctialē. Noctē vero ⁊minā q̄n est vltra. Ex supra dictis patet q̄ eccentricus solis ex vna parte altior est ⁊ firmamento vicinior q̄ ex oppositа: hoc enī sequitur ex hoc q̄ est extrinsec⁹. Qz aūt ponūt quidā solē in gemmis plus mouari duob⁹ dieb⁹ q̄ in alijs signis: q̄n ibi est eminentior ps sui eccentrici: videtur posse improbari qz q̄libet signuꝫ est equale cuilibet. et sol vniformiter mouetur per omnia et singula. igitur p̄ equales motus singula ptransit

XXII.

De motu celi. Isidorus vbi supra.

Spera celi cū sideribꝰ in ea fixis duob⁹ axibus volutur. Quoꝝ vn⁹ est septētrionalis: qui appellatur boreⁱ: et nunq̄ occidit. Et alius australis qui nunq̄ videtur: et vocatur austronothⁱ. volutur aūt ab oriente vsqꝫ ad occidentē ⁊ econuerso. Septētrionibus breuiores gyros iuxta cardinē pagentib⁹ ⁊ hoc semel in die et in nocte. xxiiii. horaꝝ spacijs: quibus sol spacium suū supra terras et sub terris sua volubilitate concludit. Et tanta celeritate spera celi dicitur currere vt nisi aduersus cursuꝫ eiⁱ ꝓcipitem astra currerēt: que eā retardant: mundi ruinā faceret. Phs in secūdo celi ⁊ mundi. Causa vero multitudinis motuū circulariū est: qz optio rei diuine est psequētia ⁊ pmanentia: vnde ⁊ rei diuine motⁱ est sempiternⁱ. Mouet aūt celum ab oriente in occidentē: ⁊ ipm motū primū est simplex: nō fabricatū neqꝫ generatū. nec cadens sub corruptōe nec mutatū. nec alteratū omnino. Causa enī ꝑma est que mouet creatū primū. Et simplex est id quod mouet simpliciter: nō generatū: neqꝫ corruptibile. Sūt aūt corpi quinto duo motⁱ. vnⁱ est tropicⁱ. ⁊ alter est reuolutio irreuolubilis. Et figura quidē orbicularis ꝑcipitior ē oīmbus figuris ⁊ motib⁹ celi: qz celū cū sit orbiculare mouetur motu velocis obedientie. Albertⁱ. Motus aūt celi simplex dicitur duob⁹ modis. vno modo: qz ipa est causa oīm motuū naturaliū. vnde cū secundū viam resolutōis causati in causam: motⁱ celi vltimⁱ in genere motuū est: oportet q̄ ipe sit simplicissimⁱ. Secundo modo dicit etiā simplicissimⁱ respectu tēporis: qz. s. nullus motⁱ in tanto spacio potest esse in tam breui tempe

Tercio aūt modo ⁊tum ad regularitatē: qz. s. in oībus partibus suis est eque velox: qđ nō ⁊tingit in motu naturali recto: neqꝫ in violento. Violentⁱ enī motⁱ velox est in principio: et tardus in fine: vincente motore naturali motorē violentū. Naturalis vero rectus tardior est in principio: ⁊ velocior in fine. Motⁱ aūt celi vniformis est in principio: in medio: ⁊ in fine. Nō ergo simplex dicitur ideo: qz nō sit continuⁱ. vel qz non habeat partes inter se differentes. cū ibi sit prⁱ ⁊ posteriⁱ. sed ꝓpter rationes pdictas.

XXIII.

De triplici motore celi secundū philosophos

Motor aūt celi fm philosophos triplex est. Primus est deus: qui est motor extra: nō ꝓportionatus mobili. Et hoc intēdit ptholome⁹ qui dicit: q̄ nichil mouet celū nisi solⁱ deⁱ. et etiā rabanⁱ qui ꝓbat multis rationib⁹ q̄ celi motor est extrinsecus: neqꝫ corpⁱ: neqꝫ virtⁱ existēs i corpe: neqꝫ diuisibilis neqꝫ i diuisibil' fm corpⁱ: qz tales nāt sibi nō possunt ples esse. Substantie nanqꝫ simplices nō cōiūcte corpi non numerantur nisi p causam ⁊ causatū. Ideo multe potētie nō possunt esse: sed vna sola. Motor iste videt unus in libro methaphisice vbi de tpe dicitur: q̄ actio eiⁱ: et vita eiⁱ: et esse ipsius idem sunt: huic soli motori cōuenit nec p se. nec p accidens moueri. Unde boetius in libro de cōsolatōe phie. O qui ꝑpetua mundū ratōe gubernas. Terraꝝ celiqꝫ sator. qui tēpora ab euo ire iubes. Stabilisqꝫ manens das cuncta moueri. Secundⁱ motor eiⁱ est forma celo cōiūcta: indiuisibilis cū diuisione celi. Et huic motori cōuenit q̄ sit mobilis p̄ accidēs: eo q̄ virtus sua ꝓportionatur mobili. Et q̄ fortior est virtus eiⁱ in mobili immediato: sicut tangit auenalpetras in astrologia sua. Tercⁱ motor est forma materialis diuisibilis fm diuisionē celi. Sicut grave enī est in terra et leue in igne: que sunt potentie ad motū sursum ⁊ ad motū deorsum: ita est forma quedā in celo: que est potētia ad motū circularem. Et illa potentia ꝓportionatur illi loco qui est circa mediū: sicut potentia grauis ꝓportionatur loco deorsum. et potentia leuis: loco qui est sursum. Et q̄ hmōi motor in celo sit: patet ex demonstratis oībus philosophi in secūdo libro de celo ⁊ mundo: in quib⁹ supponit: q̄ magnⁱ orbis citius circūuoluitur q̄ parui⁹: sicut magnus ignis velociⁱ ascendit q̄ paruus: qđ vtiqꝫ nō esset verū: si non esset motor in celo diuisibilis fm q̄titatem mobilis. Si aūt obiciatur in contrarium: q̄ vnicus motⁱ simplex nō habet nisi vnū motorē et ita primū mobile nō videtur triplicem motorem habere sed vnū tantūmodo. Respondeo verum est si tres illi motores ordinarentur ad motum illū ex equo: ita q̄ vnus nō esset in alio. Sed deus qui est motor primⁱ absolute mouet in motore qui est primus in natura: sicut causa prima mouet in causa secunda. Motor aūt ille q̄ est primus in natura: mouet fm potentiā mobilis circularis: sicut forma ignis subſtantialis: mouet igne sursū fm potentiā leuis.

XXIIII.

Qz celū iuxta philosophos habet animaꝫ sese mouentem

Quod aūt motor ille qui est intra: et nō est diuisibilis fm q̄titatē mobilis sit anima celi: plane videntur asserere philosophi. Nā in secundo libro celi et mundi expsse dicitur: q̄ celū habet animā: et est in eo principiū motus. In primo quoqꝫ idem philosophus dicit: q̄ vita est in celo fixa in secula seculorum que nec finitur: nec deficit: dicit quoqꝫ cōmentator sup eundem libꝝ: q̄ celū habet intellectū qui est forma indiuisibilis secundū quantitatē celi: et ille est anima eiⁱ. In libro ergo de substantia orbis dicitur: q̄ forma mouens celū est anime natura. et principiuꝫ huius anime fm q̄ est anima: est mouere circulariter. In eodē etiā ita legitur. Animaliū quidem anime sunt necessarie in

esse suoꝝ corpoꝝ:nec saluarentur nisi p animā sensibilē ꝛ imaginatōez. Corpꝰ aūt celeste qđ est intransmutabi le ab alio extrinseco nō indiget aīa sensibili nec imagi natiua in esse suo:sed tm̄ anima ipm̄ mouente in loco ꝛ virtute:que nō sit corpꝰ:nec sit in corpe ſm diuisionem ipius ad largiendū ipi pmanentiā eternā:ꝛ motū eter num qui nō habet principiū neqꝫ finē: ꝓterea rabanus celi inquit animalia sūt appbensores creatoris:nec sūt corpa motiua:sicut ignis ꝛ terra:vt putant inſipientes. Sed aialia obedientia creatori.laudāteqꝫ ipm̄ ꝛ cantāt ei canticū laudemqꝫ sublimē.hec verba ponit in secun da collectōe ducis neutroꝝ. Ire auicenna .v.li.de natu ralibus.et in libro de celo ꝛ mundo expsse dicit:q celuꝫ habꝫ animā ꝛ fantasiā cui obedit vniuersa materia mū di:sicut corpꝰ animalis obedit aīe ipi.ꝛ sicut animatū corpus immutatur ſm imagines delectabilis vel tristi appbensas ab aīa ipi animalis. Ita elementoꝝ mate ria mutatur ad imaginatōez motoris celi. Idcoqꝫ fūt qñqꝫ terremotꝰ ac scissure terre ī inferioribꝰ. XXV.

Rationes ad oppositū

Contra vero multe ratōes possunt induci Nā in libro de anima .pbatur q nullū corpus sim plex aīatum esse potest. Et buiꝰ ratio est: qz cū anima diuersās habeat potentias: oportet in organis aliquā esse diuersitatē:que pficitur ſm illaꝝ distinctōz Cū ergo simplex corpꝰ sit celū:nō poterit esse animatū Cetez vbicūqꝫ est intellectꝰ ibi est sensus ꝛ vegetatio: sed nō econtra:vt pbatur in eodez libro. Si ergo in ce lo est anima que est intellectꝰ:ut a quibusdā supponitur erit ibi etiā vegetatio.ꝛ p hoc nutritiua que est vna de vegetabilibꝰ potentiis.hec aūt in celo nō potest esse:qz quidquid nutritur est corruptibile:celū aūt incorruptibile.ꝓterea intellectꝰ non pficitur in actu:nisi p abstra ctionem a fantasmatibꝰ. Si ergo celū habet intellectū aut intellectꝰ ille nunqꝫ erit in actu:sed quasi dormiens Aut habebit fantasiā ꝛ aīam sensibilē: quoꝝ vtrunqꝫ absurdū est ponere.ꝓterea dicit ysaac in libro diffinitō num. Q intellectꝰ celi vl̄ anima intelligit vniuersa: qđ vtiqꝫ videtur falsum esse:qz scientia rei in vniuersali n̄ est nisi sciētia rei in potentia. In supioribꝰ quippe non sunt inferiora nisi in potentia. Cū ergo celū nō habeat potentias p quas descenditur ad pticularia:nunqꝫ vide tur scire rem in ꝓpria natura.deniqꝫ cū intellectus celi sit opis sui directiuꝰ:videtur q semp erret in pticulari bus. Cū intellectus ꝑdeterminās opus nulla ratōe de scendere possit ab vniuersalibus ad pticulare hoc vel illud cū hic ꝛ nunc:ceteriqꝫ dispositōibus pticularibus ſm hoc ergo corpis illi⁹ mobilis intellectꝰ ab humano intellectu deficeret in duob⁹. Nā ex pte intellectus spe cularium deficeret:qz sciētia ei⁹ esset in potētia cum vni uersali tm̄ esse:ꝛ esset impfecta:qz nunqꝫ propter qđ. Et ex pte quoqꝫ practici qui determinat opus: deficeret p errorem:qz nō est opus circa vniuersalia: sed circa par ticularia. XXVI.

Qualiter sana fide possit dici celū habere animam.

Nos itaqꝫ cū sacris doctoribus ꝓfitemur celos animas nō habere nec esse animalia; si aīa ſm ꝓpriam rationē accipiaī. Ieruntū si volumus pbōs in hac ꝑte cū sanctis doctoribꝰ ad idem reducere dicere possum⁹ q intelligentie sunt in orbibꝰ: primo de seruientes motoꝝ in motu orbiū: ꝛ ille dicuntur anime orbium. Nec sunt vniuoce cū intelligentiis hoīm:quia nō efficiunt p abstractōez a fantasiis:sed reuertunt̄ su per essentiā suā.ac p illā sup alia reditōe completa. vn de in libro de causis legitur:q oīs intelligēs intelligit essentiā suā:ꝛ oīs qui essentiā suā scit: est rediens ad illā reditōe completa. Idcoqꝫ intelligentie ille non ha bent nisi duas potentias.intellectū.s.ꝛ appetitū mouē tem ſm locū.vnde nec habent compatōez ad orbes ſm illā rationē anime:quā ponit philosophꝰ. Anima est en delichia corpis organici physici potentia vitā habētis Ista quippe ratio ꝓuenit aīe rationali ac sensibili ꝛ ve getabili p prius ꝛ posteriꝰ. Illā intellectꝰ quidē nullius corpis est actꝰ:cz nō vtitur organo corpis nec in se nec in suis opibꝰ. Alioquin nō haberet opationē extra cor pus:ꝛ oporterꝫ ipm̄ destrui destructo corpe: sicut ī bru tis destruitur vegetabilis ac sensibilis. Compatur aūt ad corpꝰ ſm arestotilē. vt nauta ad nauē:ꝛ hoc ſm rati onem mouendi ipm̄ atqꝫ regendi:sicut habeť in.ii.li.d̄ anima. In libro quoqꝫ de causis legitur: q omnis intel ligentia diuina scit res p hoc q est intelligēs:ꝛ regit p hoc qđ est diuina: Ibiqꝫ dicitur intelligentia diuina pticipans diuinas bontates a motore primo:qui deus est. XXVII.

Qualiter in hoc sancti cum philosophis cō cordent.

Sed fortasse dicit aliquis q nequaq̄ est adherē dum in hac pte philosophis.nec illis .vt ait au gustinus.credendū est de celo:qui aliem fuerit a patre qui est in celo. Ad hoc possumus respondere:q nec ipi philosophi ꝓtradicunt quibusdā sanctis negan tibus celū animā habere:nisi in solo nomie. Nā etti ab horreāt hi nomē aie.s.sancti:bene tn̄ concedūt:q q̄daꝫ intelligentie vel angeli mouent celū ꝛ sidera nutu dei. vnde ꝛ gregoꝛi⁹ sup illud iob:sub quo curuāntur q̄ por tant celū.dicit.angeli sancti ordem portāt:qui regendi mūdi curas administrāt. Hieronim⁹ sup illud ecclesi astes. Lustrans vniuersa in circūitu pgit spūs. tradit. solem hic salomon spūm noīat:eo q animet; ꝛ inspiret: ꝛ viuificet oīa ꝛ regat.ꝛ animos ꝛ orbes suo cursu com pleat. Augustin⁹ quoqꝫ sup genesim ad litterā pro du bio relinquit. Utꝝ stelle sint aialia vel animate: qđ vti qꝫ si ꝓtra fidē catholicā esset. debuisset. vt videť deter minauisse. Sicut itaqꝫ ſm catholicaꝫ fidē ponim⁹ quos dam angelos miracula facere: ꝛ nature legibꝰ occurre re. Ita nō est cōtra naturā:quosdā angelos naturaꝫ in mouendo ꝛ gubernādo celoꝝ speras iuuare. Quos vi delicet angelos mouentes speras philosophi vocāt ani mas vel intelligentias:sancti vero cauentes:ne forte vi deātur celos animalia dicere: ꝛ concedāt illos animas habere negant motores illos aīas esse:ꝓcipueqꝫ.vt esti mo.in detestationē ydolatrie:qua solent celestia corpa gentiles vt deos adorare. Et etiā vt falsi videātur ma chameticoꝝ opiniones de fato ꝛ cōstellatōe. Secundū hoc ergo nō est inter philosophos ꝛ sanctos in hac pte cōtradictio. Dicebāt enī antiqui deos ꝛ angelos aīas mundi. Iñ.vt dicit augustin⁹ in li.viii.de ciuitate dei. bi soli videnť aduertisse quid esset deꝰ: qui crediderūt ipm̄ esse substantiā vel aiam:mundū motu ac ratōe gu bernantē. Ac p hoc etsi nondū tenebāt qđ veritas ha bet.s.q deus nō aīa:sed anime cōditor est.tn̄ si contra iudicium cōsuetudinis sue liberi essent. vnū deuꝫ esse colendū fatereńt atqꝫ suaderent: motu.s.ꝛ ratōe mun dum gubernantē.nec ipm̄ aiam:sed potiꝰ etiā aīe crea torez. Q aūt ita senserint philosophi sicut dixi.s.q in telligentie quas dicūt aias orbiū.nō sint vniuoce cū in telligentiis hoīm.patet ex verbis coꝝ. Plaz.verbi gra tia.rabanus in secūda collatōne ducis neutroꝝ. Scito inquit q celū habet aiam:qđ cuꝫ dicim⁹ auditor putat q sit sicut aīa boīs vel alim. Sed nō est hec ratio dicti Quinpotiꝰ ratio eius est:q motus eiꝰ localis ostendit q in ipo est principiū a quo sine dubio mouetur. Et il la virtus prima dicitur anima. Eandez quoqꝫ sententi am dicit auerrois:auicenna et plures philosophi. Iñ et ex verbis suprapositis sumptis ex libro de substātia

orbis. videlicet q celeste corp⁹ non indiget anima sensibili in suo esse: sed tantū aīa ipm mouente rē. potest accipi q anima celi nō sit sensibilis: sed motiua sm locum que largitur ei pmanentiā ⁊ motū: qui nō habet principium neq; finē. s. p generatiōez tempalez: licet principium habeat p creationem. ¶ xxviii.

¶ Responsiones ad obiecta in contrarium.

Quod ergo dicit phūs in libro de anima: q nullum corp⁹ simplex potest esse aīatum. patet ex pdictis quo sit intelligendū. Nō enī ibi determinat sm hunc modū. s. sm quē intelligentia mouens orbē aīa dicitur. Nā hmōi anima non est de speculatione naturalis: sed potiꝰ methaphisici: cum sit substantia separata a materia: cōmixta ex cōrariis. Unde ō tali determinatur in li. metaphisice. xi.. Q3 aūt obicit de intellectu: q nō efficitur in actu: nisi p abstractionē a fantasmatib⁹: manifestū est intelligendū esse de intellectu humano: qualis nō est in celo. Intelligentia quippe mouens orbē nō habet intellectū a fantasmatib⁹ abstrahentem. Et si obicitur qō dicit auicenna celum habere fantasiā ⁊ imaginatiōez. Respondem⁹ hoc ideo dicit: q intelligentia mouens sperā habet applicationē intellectus ad pticularia nature. Q3 aūt dicit ysaac animam celi intelligere vniversalia: sic intelligimus: q vniuersalia vocat species atq; ratiōes p quas intelligunt ipi motores. hec enī est ratio substātie motoꝝ sm quod est causa: ⁊ ipi sunt cause vniuersales in tota natura: q̄ videlicet cause determinātur ad hoc et illud: sm pportiones causatas ex diuerso situ stellaꝝ diuersoq; motu orbū. Si ergo querit vtꝝ ei⁹ scientia sit vniuersalis. Dicendū est q nec vniuersalis nec pticularis. Vniuersalis quippe nō est, ppter inductā ratiōez. Neq; vero particularis. qm illoꝝ nō est disciplina vt dicit plato: nec vniuoca est nostre scientie: q3 nō causat ab ente p abstractionem ad modū nostre. Qualiter aūt intelligendū est dictū phi. Omnis causa se cognoscēs in⁹tum est causa cognoscit omne causatū suū. Et omne causatū se cognoscens in⁹tum est causatū: cognoscit causam suā. Dicimus q motores sperāꝝ p motū illaꝝ causant omnē diuersitatem q̄ est in inferioribus sm naturam. Ideoq; cognoscentes se in⁹tum cause sunt: oīa naturalia cognoscunt. Similiter etiā inferiores sperāꝝ motores cognoscunt superiores p hoc q ab eis moti sunt: vt desideratū mouet desideriū. Dicq; patet q hec scientia nec est in vniuersali: nec in particulari. ⁊ tm est de vniuersali et particulari: p hoc enī q se cognoscūt: cognoscunt vniuersalia ⁊ pticularia a suis motibus causata. Et hoc est q legitur in libro de causis. Omnis intelligentia scit qd est sub se: qm est ei causa. Et scit qō est supra se: qm acquirit bonitates ab eo. p hoc etiā patet: q intellect⁹ motoris completoꝝ est intellectu hois. habent quippe scientiam, ppter quid: ⁊ coꝝ intellect⁹ est motiu⁹ sm predeterminationem determinati opis. Nec est nec esse pt erroneus: sicut phūs videt obiectio: sed semp rectificatus est in ope illoꝝ: q3 nunq̄ recipit rem: nisi p id qō ipse⁹ est vere causa sm naturā. ¶ xxix.

¶ De comparatione primi motoris ad motores inferiores.

Videntur aūt omnes motores orbiū ad inuicez comparari p equalitatē: qm omnes mouent vel mouent motu durante p temp⁹ tantundē. vez licet sm eque comparantur q̄tum ad mot⁹ durationez: in alijs tm quatuoꝝ nō compantur sm equalitatē. hoꝝ primum est q motoꝝ primꝰ mouet nō motus. Et mouet inferiores vt desideratū mouet desideriū. Inferiores āt mouent moti. Et hui⁹ rei signū est: q omnes inferiores ꝓsequuntur motū superioris: nō aūt ecōtra. Ideoq; dicitur in libro de causis: q primū est diues in se: ⁊ diuesi in alijs. Secundū est simplicitas in mouēdo. primus enī motoꝝ mouet vno simplici motu Inferiores aūt mouēt pluribus motib⁹. Tertiū est vigoꝝ mouendi: primꝰ quippe motoꝝ circulū multo maioꝝ ⁊ corp⁹ multo maꝝ circumuoluit in eodē tpe: in quo inferioꝝ circulū multo minorem ⁊ inferiorē. Quartū est finis motꝰ. primꝰ eiꝰ motoꝝ mouet secundū allationē primā ⁊ vniformē: que est causa vniformitatis ⁊ primitatis i natura. Inferioꝝ aūt mouet quidē secundū allatiōez continuā: sed nō vniformem: q3. s. obliquaī in meridie versus aquilonē ⁊ sūt causa difformitatū: que sunt in generatiōe ⁊ corruptiōe: Videt aūt q inferioꝝ possit ꝓtrariari superiori: sicut fantasia qñq; contraria est intellectui. Est enī in nobis duplex hic motoꝝ: fantasia. s. inferioꝝ ⁊ intellect⁹ superioꝝ Preterea videnī inferiores in motu suo posse errare: superiori nō errāre: sicut fantasia potest esse recta ⁊ nō recta. Intellect⁹ aūt semp rect⁹: vt dicit philosoph⁹. verū nō est simile de fantasia hois ad inferiores motores orbis. Fantasia quippe mouet cū apphensione hic ⁊ nūc ⁊ particularū: in quib⁹ accidit error: ⁊ contrarietas ad intellectū: eo q frequēter sequit bonū vt nūc. Cū intellectus determinet bonū simpliciter. Artꝰ aūt numerus motoꝝ illoꝝ sit secundū numeꝝ mobiliū: vel motuum: aut stellaꝝ: nō est ad pīsens determinandū. vna quippe spera plures habet mot⁹: et dubiū est vtꝝ illi mot⁹ sint ab vno motoꝝ an a pluribus. Et videt philosoph⁹ velle q sint a diuersis. videlicet in. xi. li. methaphisice. vbi p bat numeꝝ motoꝝ esse secundū numeꝝ motuū: tangit q3 plures mot⁹ esse in sole in luna ⁊ in alijs. Alij vero philosophi dicūt vnū esse motorem in vna spera. Et ex natura stelle que est in spera illa: motorem ipm influere motū vnū vl diuersos ipi spere. Tercia vero secta vult oīno: q sit numer⁹ motoꝝ sm numeꝝ stellaꝝ in celo. Quarta denīq; vult: q oim sperāꝝ sit motoꝝ vn⁹: et ex oīs ens: et hic est deus. ¶ xxx.

¶ Q3 celi motus sit naturalis et nō pcessiu⁹

Aristotiles dicit aliquis: q aīam habeat celum motiuā tantūmodo secundū locū: sic enī philosophus aīt in li. ii. de anima: multipliciter ipo viuere dicto. Si vnū hoꝝ aliquid insit: solū viuere dicimus ipm: vt est intellect⁹ ac sensus ⁊ mot⁹ et stat⁹ secūduꝫ locū. Adhuc aūt mot⁹ secundū alimentū et augmentum et decrementū vita est. Ibidē quoq; dicit q aiatuꝫ ab inaiato determinatur in viuendo. Ex his ergo verbis philosophi videnī differentie esse quattuoꝝ animaꝝ. s. intellectiuū. ⁊ sensitiuū. vegetatiuū. ⁊ motiuū secundū locū. Si ergo dicatur ab aliquo q̄ in celo sit motiuū tā tummodo secundū locū et nō alie differentie: et secūdū hoc solū ipm dici animatū et aīam habere: hoc de facili potest improbari. Aut enī hoc principiū est motuuꝫ motu locali secundū naturā: aut motu pcessiuo. Si primo modo: tunc pari ratiōe quidquid moueretur secunduꝫ naturā surſū ⁊ deorsū haberet animā. Cū haberet principium motus secundū locū in ipo p se ⁊ nō secundū accidens. Nō vtiq; falsum est manifeste. Si aūt vltimo modo dicatur multa ex hoc incōuenientia ꝓsequuntur Primū quidē q: hoc est cōtra philosophū: qui in secundo libro de celo ⁊ mūdo loquens de stellis ⁊ orbe: phat ea nō habere motū pcessiuū dicens. Extra rationez est vt natura stellas motu pcessiuo mobiles posuerit: ⁊ nō eis instrumentū mot⁹ posuerit. Natura quippe nichil vanū et sine causa posuit. acti diceret. cū nichil vanū in ueniatur in reb⁹ inferioribus: multo minus in reb⁹ superioribus. Et q3 posset aliquis dicere: q natura ingenerauit aialibus instrumentū pcessiuū motus. Nō aūt celo vel orbib⁹: obuiat philosophus et dicit. Impossibile est vt natura ingenerat aialibus et eis intendat: et a coꝝpibus sublimibus ac nobilib⁹ ꝓprietates vltimas habē tibus recedat: et vt expoliet ea rebus: quibus possibile est vt incedāt p se. Elōgetq3 a reb⁹ q̄ habēt instrumētū

motionis sue: et hoc quidē ait pbs de stellis. Bz eadē est ratio de sperīs in quib⁹ stelle mouentur. Neutꝝ ei horꝝ videmus alas habere vel pedes vel aliquid hmōi. Aliud incōueniens: qz sicut ait philosoph⁹ in libro de anima. Mot⁹ pcessiuus est ad omnē ptem. s. ante ⁊ retro: dextꝝ sinistꝝ: sursum deorsū. Principiū aūt mot⁹ celi nō mouet nisi in loco vno circa mediū. Terciū est qz sicut legitur in octauo libro phisicoꝝ. Illa mouētur a seipis motu pcessiuo: que qñ volunt quiescunt: et qñ volunt mouentur Celū aūt semp vnifōmiter mouetur Quartū est qz sicut pbatur in libro de anima. Nichil mouet motu pcessiuo nisi tñ intellect⁹ ⁊ fantasia Cui⁹ signū est: qz plantas que nō habent fantasiā vel intellectum: videm⁹ imobiles p locū Absurdū ergo est dicere celū habere mot⁹ pcessiui principiū. ⁊ nō animā sensibilem vel intellectū. Quintū est: qz mot⁹ pcessiu⁹ est p̄ter distantiā pximentis. at in celo nō est distantia talis. Benigz mot⁹ pcessiuus est ad salutē subiecti: q̄ salꝝ diffusa est in locis diuersis: ad que animal mouetur: tali vero salute nō indigent corpa celestia: sicut in libro de substantia orbis dicitur. Est ergo in celo virtus sententiosa philosophoꝝ: ⁊ intellect⁹ ⁊ principiū motiuꝝ naturaliter secundū locū. ¶ xxxi.

¶ Qz celū motu suo non lassatur.

Videtur aūt celū cum sit aiatum motu suo lassari ad instar aialium: qz naturaliter in oīm animato mot⁹ corpis motui aie ꝓtrariatur. qđ de facili p inductionē pbatur in oibus aialib⁹ natantibus volantibus ac repentib⁹. horꝝ enī corpa grauia sunt: ⁊ ex natura corpis tendunt deorsū: cū tñ ab aīa ferantur sursuz ⁊ deorsuz: dextrorsū ac sinistrorsū. Unde patz q̄ ille mot⁹ pgressiu⁹ quo mouentur ab aīa nō est naturalis. ꝓterea nunq̄ multitudine mot⁹ naturalis alicuius lassatur ⁊ corrumpit aliqđ corp⁹. Corpa vero animaliū lassantur ⁊ corrumpuntur multitudine mot⁹ processiui. Nō ergo mouentur illo motu fm naturā: sed extra naturā suā. Cū ergo celi corp⁹ sit animatū: videtur ab aīa nō moueri motu naturali: ac p hoc alio motu ⁊ tō lassari. Ad hoc respōdet philosoph⁹ in libro de aīa: et in li. de substātia orbis: q̄ circularis mot⁹ in celo est aie fm q̄ aīa: ⁊ q̄ in celo nō est nisi aie mot⁹: ⁊ nō corpis. Jō; qz nō inducitur ibi lassitudo ex cōtrarietate motuuz. s. aialis ⁊ naturalis. huic etiā ꝓponat auenalpetras in li. de substantia orbis dicens: q̄ celū in motu nō lassatur: eo q̄ motoꝝ illud mouet fm cōuenientiā forme ipi⁹ mobilis: fm quā nō mouet aīa corp⁹ ipm aīatum elementatū. Jdeoqz aialia in motu lassantur. ¶ xxxii.

¶ Cuius ꝓprie sit ille motus.

Et cōtra p̄dicta philosophi verba possim⁹ obiicere: quidquid est aie fm qđ est aia. hoc est ois aie. Si ergo circularis mot⁹ est aie fm qđ est aīa: erit ois aie: qđ ad oculū patet falsum esse. Si dicat esse intellectualis aie tñ: adhuc patet esse falsuz: qz non mouetur homo circulariter: qui tamen habet intellectū. Porro si dicatur q̄ aīa celi ⁊ aīa homis licet vtraqz sit intellectualis: nō sunt tñ vn⁹ rationis. Et ob hoc alia ꝓtingit vel cōuenit aie hois. qđ nō cōtingit aie celi. etiam fm hoc celi motoꝝ nō videtur esse aīa: nisi tantūmodo fm cōuenientiā nois. ꝓterea hoc videtur esse contra philosophos. qui vtrāqz aīam. i. celi ⁊ hois p̄ duo differunt. s. p intelligere ⁊ mouere fm locū. Si forte dicat q̄ ille motus ideo dicitur esse aie fm q̄ est aīa: qz est aie ꝓter cōiunctōes ad corp⁹. Hoc erit cōtra philosophū: qui vult in libro celi ⁊ mundi: q̄ oīe corp⁹ habeat naturalē motū: vel a medio: vel ad mediū: vel circa mediū Si ꝓpter hoc dicatur q̄ aie celi mot⁹ nō est diuersus: qz. s. de natura sui fertur circulariter celū: ⁊ aīa celi mouet secundū eundē motū. Jdeoqz dicit philosophus q nō est ibi alī mot⁹: nisi mot⁹ aie tñ. Si obiicitur in cōtrariū quicunqz motores in vno ⁊ eodē mobili vnū motum numero efficiūt: ipi quoqz vn⁹ nature sunt. Sed ꝓpositionis veritas habetur. xi. methaphisice: vbi motoꝝ numer⁹ p numerū motuuz pbatur: ꝓpter vtasqz motoꝝ: ex perpetuitate motuū. Ad hoc etiā ratio facile inducitur: qz potentie actiue ⁊ motiue p act⁹ ⁊ opationes suas differunt. Si ergo aīa celi ⁊ natura corpis celi moueant eodē motu in numero: ipa etiā erunt eiusdez nature vel essentie in numero: qđ vtiqz falsuz est. Dicim⁹ ergo q̄ motoꝝ celi qui est intelligentia: et motoꝝ qui est extra nature corpis: diuersi sunt. licet enīz compentur ad vnū motū: nō tñ eadē ratōe. In celo nanqz motū est dupliciter cōsiderare. Primo. s. secundū circulū simplicē: ⁊ sic ordinatur mot⁹ ad motoꝝ qui est natura et forma substantialis corpis celestis: et dispositōes naturales ad ipm sunt lumē ⁊ figura. Alī⁹ mod⁹ considerationis inuenitur in motu celi secundū rationez differentiaꝝ positionis localiū q̄ sūt dextꝝ sinistꝝ sursuz ⁊c̄. Secundū rationē itaqz dextre vnde incipit mot⁹. Et sinistre per quā est ipius motus. Et ratio ante ⁊ retro: secunduz q̄ est obliquatio mot⁹. Et ratō supra ⁊ infra secundū quorum imobilitatē nō egreditur mobile de loco suo: secundū has rationes cōparatur mot⁹ ad intelligentiā q̄ dicit aīa. Et motus celi ad motoꝝ absolute primū: q̄ est de⁹: habet comparationez vt ad mouēs nō ꝓportionatū motui et mobili. ꝓterea cōcedim⁹ q̄ intelligentia q̄ dicitur aīa ⁊ motoꝝ orbis nō secundū eandē rationez dicitur aīa cuius intellectus hois: sed p prī⁹ ⁊ posteri⁹. licet enī vtraqz de terminetur p intelligere ac mouere. tñ intelligere ⁊ mouere non sunt eiusdez rationis in vtraqz: sicut patet ex supradictis ¶ xxxiii.

¶ Qz celi motus appareat ex stellarum motibus. ¶ Ex spera

Taqz celi motū orbicularē ab oriente sup terrām in occidentē. Et ab occidente sub terra in orientē: exptum est p quasdā stellas que cū ipo mouent. et in principio quidē noctis apparent in oriente paulatim ⁊ successiue mouendo: in fine noctis apparent in occidente. Jtez paulatiz ⁊ successiue mouendo sub terra cū firmamento: in fine noctis sequentis apparent in oriente in eodez puncto: quo apparebāt pcedēte nocte. ¶ Guilberm⁹ de conchis. Iraqz firmamentū ab oriente p occidentē ad orientē moueri: ortu ⁊ occasu stellaꝝ potest pbari: nō tñ lateraliter iuxta ductū orizontis. Si enī sic moueretur: stella oriens mane que in oriente apparet: circa meridiē esset in australi plaga: vespere in occasu. media nocte in septētrione. Esseteqz vnus de polis sup mediuz terre: alter in oppositō: qđ nequaq̄ fieri certi sum⁹: qz oculis videm⁹. Mouetur ergo firmamētuz ab oriente ascendendo ad meridiē. Inde p occidentem reuertendo ad ipm orientē. Unde si quis esset in medio terre. illi⁹ recto modo supra verticē volueret firmamentū. Et hoc est qđ voluit lucan⁹ significare: vbi loq̄tur de eis qui infra torridā zonā habitant dicens de sigmis. Nō obliquo meant nec thauro rectior exit. Circa vero nostrā habitabilem mouetur firmamentū obliquе ascendendo. qđ oculis in stellis fixis pbari p̄t. Quā libet enī de illis orientes aspice. videbis illā aliāq̄tulū versus austꝝ obliquando venire: hoc idez positōe polorꝝ ⁊ axis potest pbari. Polus enīz est stella imobilis: sed de infinita stellaꝝ multitudine vna sola est in supiori emisperio: que semp in eodez cōsistit loco. Altera est in oppositō. Axis vero est linea intelligibilis de polo ad polum p mediū terre ducta. Cū ergo supior polus nec rete sit in medio habitabilis nostre: nec in suo orizonte: sed inter vtrūqz: constans est: q̄ firmamentum oblique circa nostrā habitabilem mouetur. Similiter et stelle q̄

ab ipo mouentur:sed que in medio illi exiſtunt: cū ipo modo ad orientē:modo ad occidentē mouentur. Sed q̄ ſunt circa polū:vt plauſtr. ſerpens: niſi ſplendor ſolis impediret:ſemp viderent. xxxiii.

De effectu motus celi ac ſtellarū in inferioribus. Albertus.

Habent aūt celeſtia corpa rationez t vim ſigni ſup ea q̄ ſunt in trāſmutabili materia. Et etiā ſup illa que ſunt obligata materie ſm eā ratio nem qua ei ſunt obligata. In materia dico eſſe genera bilia corruptibilia t mutabilia. Obligata vero mate rie ea q̄ de neceſſitate ſequūtur tranſmutatōez materie ſicut eſt anima vegetabilis i plantis. et ſenſibilis i bru tis. Quedā aūt ſunt que dependentiā habent ad mate riam t obligatōez ſecundū quid t nō ſimpliciter: vt eſt anim⁹ hois. vnde dicim⁹ ſanguis accenſū circa cor ſci nare animū ad irā:nō tñ de neceſſitate. Sic ergo ſecun dum q̄ anim⁹ hois inclinat t dependet ad naturā t cō plexionē. ſic etiā habet in eo vim ꝑſtellatio. videlicet ſe cundū quid t nō ſimpliciter. Aliter eni periret caſus t libex arbitrū t conſiliū:et nichil eſſet ꝓtingēs ad vtrū libet de futuro: ſicut dicit phūs in li.i.ꝑiarmenias. et ſe cundo phūicoꝝ. Sed adhuc diſtinguendū eſt. Nā que dam eſt cauſa īmediata t ꝓpter quid. Alia eſt cauſa prima vniuerſalis mouēs t inclinans cauſas immedia tas. Cū ergo dicit:q̄ aſtra ſiue corpa celeſtia viz habēt in inferioribuſ:intelligit q̄ habent vim vt cauſe prime vniuerſales mouentes cauſas īmediatas ꝓpter quid. Ideoq̄z nō ſemp ſequit effect⁹ ad ꝑſtellatōez de neceſ ſitate. Et hoc attendit iohānes damaſcen⁹ cū dicit:ſy dera nō ſunt cauſa alicui⁹ eoꝝ que fiunt:neq̄z corrupti onis eoꝝ que corrumpunt. Signa vero magis ſunt im brium t aeris tranſmutatōnis: fortaſſis aliquis vtiq̄z dixerit:q̄ ꝓliox nō ſint cauſa:ſed ſigna. Siquidē t eq̄ litas aliqua facta a ſole t luna t aſtris t aliis. diuerſaſ cōplexiones t habit⁹ t diſpoſitōes ꝑſtituit. Et intēdit damaſcen⁹ q̄ ſignū ſonet min⁹ q̄ cauſa. Cauſa eni. vt in topicis dicit boeti⁹. eſt quā de neceſſitate ſequit effe ctus. Signū aūt eſt cauſa remota inclinās:nō de neceſ ſitate cauſans ſine alia cauſa ꝓiunctōe. Et hoc idez dicit phūs in ſecundo de generatōe t corruptōe:q̄z licet temp⁹ generatōis oim ſm acceſſuz circuli ſit equale:tñ quedā generātur citi⁹:et quedā tardi⁹:ꝓpter ꝓfuſionē materie maioꝝ vel minoꝝ. hec oia dicuntur catholice. Q̄z aūt ſupiox corpox virt⁹ imponat neceſſitatez libe ro arbitrio:etiā ꝑtra philoſophū eſt ponere:niſi ꝓ hunc modū:quo dicim⁹ inclinari t mutari hois aīm. Nā au guſtin⁹ in.v. de ciuitate dei loquit hoc modo cōtra tul lium negantē dei ꝓſcientiā t fatū. Nos inquit aduerſ⁹ iſtos ſacrilegoſ auſus atq̄z impios deū oia ſcire antecꝑ fiant:dicim⁹:t volūtate nos facere: quidquid a nobis nō niſi volentib⁹ fieri ſentim⁹ ac nouim⁹ Oīa vero fa to fieri nō dicim⁹:imo nulla fato fieri dicimus:q̄m fati nomen a loquentib⁹ pom ſolet in cōſtitutōe ſydex:qua quiſq̄z concept⁹ t nat⁹ eſt. xxxv.

De fine motus celi.

Alia vero dicit philoſophus in ſecundo de ge neratione et corruptōe:q̄ et allatione ſupiorū continuat generatio et corruptio. Sup epl̄am quoq̄z pauli ad romanos dicit gloſa:q̄ motu ſuo nobiſ ſeruiunt ſupiora:dicunt eni⁹ multi ſanctox:q̄ ſupiora mouentur ad implendū naturalē numerum electorum At ecōuerſo dicit auerroys:q̄ nichil mouet ꝓpter indi gnius ſc. Generatio aūt inferiox et corruptio indigni oꝝ eſt celo. Unde patet:q̄ nō ꝓpter illā mouet finaliter In libro quoq̄z ſecūdo de celo t mundo dicitur: q̄ celū ſuprem⁹ vno motu bonitatē ꝓimi cōſequitur:et orbeſ inferiores plurib⁹ motib⁹. Cū ergo id qō cōſequit mo tor ꝓ motū ſit finis mot⁹. patet q̄ aliqua ꝓmi bonitas eſt finis ei⁹. Nos quoq̄z dicim⁹ q̄ generatō t corruptō inferiox nō ſunt fines mot⁹ celi:ſed cōſequentia fineꝝ. Nā finis intenſus a motore eſt:vt primo motori.ſ.deo aſſimiletur in aliqua bonitate ac nobilitate:que.ſ.boni tas vel nobilitas hec eſt. cū enī abſolute deus ſit cauſa oīm:intendit motor celi naturalis imitari eū in hoc: vt et ipe ſit cauſa prima et natura rex naturaliū. genera bilium.et corruptibiliū. Si aūt queritur vtx celi mot⁹ habeat idem ꝓ fine:qō habet ꝓ primo mouente. Dra q̄ ſit ab eodē in idē ex pte mouentis:ſicut eſt ab eodem in idē ex pte figure. dicim⁹ q̄ idē reuera in numero eſt pri mum mouens mouentē:et finis qui accipitur ꝓ motu ei⁹. Bonitas enī et nobilitas de qua dictū eſt mouet ce li motorē:vt deſideratū deſiderū. Eademq̄z bonitat t nobilitas eſt quā cōſequitur ꝓ motuz. xxxvi.

Utrū ꝓſequat finē ſuū ꝓ vnā circulatōez

Habet aūt queſtionē:vtx celi motor finē ſuū cō ſequitur ꝓ motū qui eſt in toto tpe. vel ꝓ vnam circulatōe. Uidetur enī q̄ ꝓ vnā circulatōez q̄z motor ꝑfectior pauciori motu cōſequitur finē t boni tatem:vt habetur in ſecūdo libro de celo et mundo. cuz igitur in natura ꝑfectiſſim⁹ ſit motor celi. videt q̄ vna circulatōe debeat finē ſuū cōſequi. qō ſi cōcedatur:tūc ſm hoc oſſis ſequentes circulatōes ſupflue eſſe videbū tur. Nos itaq̄z dicim⁹ ad hoc q̄ duplex eſt finis. videli cet finis vt termin⁹:et finis vt finis. Finis vt termin⁹ eſt:quē in opatōe vna ꝑfecta motor cōſequitur. Ité di citur terminus:q̄ terminat vnū ꝑfectū opus. Finis ut finis eſt:quem motor cōſequitur in oībus opationibuſ ſuis. Et ille quidem dicitur finis vt finiſ:q̄ ſimpliciter mouentē quietat. Dicim⁹ itaq̄z q̄ celi motor ꝓ rotatio nem vnā cōſequitur finez vt terminū. Sed ꝓ motū qui eſt in toto tpe:cōſequitur finez vt finez. Et eſt ſimile ū motore in generatōe:que intendit ꝑmanentiā in ſimil: et cōſequitur finem illū:vt terminū in generatōne vna Sed ꝑmanentiā vt finez ſimpliciter nō cōſequitur:niſi ꝓ generatōez indefectam vel quietā. Exꝑſſius etiā ha betur ſimile in motore augmenti: quia ꝑfectā intendit q̄ritatez:et hanc cōſequitur vt terminū in augmentati one vna. Sed vt finez ꝓſequitur ſimpliciter in augmen tationib⁹ oībus:et tūc quieſcit:vt enī dicit philoſoph⁹ in ſecūdo libro de aīa. oīm natura conſtantiū terminus eſt t ratio magnitudinis et augmenti. xxxvii.

Q̄z celi motus ſit omniū motuū naturali tium cauſa et principiū.

Sicut aūt ſupius iā eſt oſtenſum:motus celi ac ſupiox corpox cauſa eſt oīm motuū naturaliū Cui etiā ſententie cōſonant verba hec auguſti ni in libro quinto de ciuitate dei. Nō inquit vſquequa q̄z abſurde dici poteſt: ad ſolas corpox differentias q̄ſ dam valere ſydereos afflatus. Sicut in ſolarib⁹ acceſſi bus ac diſceſſib⁹ etiā ipius anni tpa variari. Et lumia ribus quidem decrementis et incrementis augeri t mi nui quedā rex genera videm⁹. Siquidez cauſe ſepare .i.motores orbiū non habent acū in natura:niſi ꝓ opa nature. vnde nō cauſant formas ſubſtantiales rex:niſi ꝓ motū ſupiox:ac ꝓ motū elementox:ac ꝓ materie trāſ mutatōez:de hac quoq̄z materia.i.de effectu ſupioꝝz in inferioꝝib⁹ adhuc cōgruo loco dicetur inferi⁹ in tra ctatu de celeſtib⁹ luminarib⁹. Hūc aūt. vt dictū eſt. q̄ motus naturales cauſantur a motu celi: cōueniens eſt hic inſerere nōnulla de motu in generali:et poſtmodu etiā in ſpeciali. xxxviii.

De motu in genere. Ariſtotiles i libro phſicoꝝ tercio.

Quoniāquidem natura eſt ꝓncipiū mot⁹ t ſta tus ac mutatōis: nō oportet ignorare quid ſit motus:q̄m eo ignorato neceſſe eſt ignorare na turam. videtur aūt mot⁹ eſſe continuox: ſed infinitum

apparet in cōtinuo. Est enīz diuisibilis in infinitū. Si ne etiā loco ⁊ vacuo ⁊ tpe impossibile est esse motū. Nō est aūt mot⁹ pter rem: mutat enī semp id qō mouet aut fm substantiā: aut fm qualitatē: aut fm q̄titatē: aut secundū locū. Unūquodqz aūt dupliciter inest oībus vt hoc aliquid. hec quidē forma ipīus. aliud vero priuatō Et fm qualitatez hoc quidē albū: illud vero nigz: et sic de aliis: Quare mot⁹ ⁊ mutatōis tot sunt species: quot ⁊ entis. Et mot⁹ quidē videt esse act⁹ impfectus. Neqz enī posuit cū aliquis in alio genere: q̄. s. in genere act⁹. Mouetur aūt oīe mouens phīsice. i. naturaliter: cum sit potentia mobile: ⁊ cui⁹ īmobilitas quies est. Et cuius quidem potentia est stat⁹. Nō aūt mutatio in hoc neqz ex hoc magis est q̄ et oppositis. Incōueniens est autez idem moueri secundū duos motus. Impossibile quoqz est duoz diuersoz specie vnū ⁊ eundē esse actū. Mot⁹ quidē est actus mobilis ⁊ mouentis. Oportet enī actū inesse vtriqz. Sed mobili inest in ipo posse. Mouēti aūt in ipo agere. Idez in li. viii. Dicim⁹ aūt motū esse en delechiā. i. actū mobilis fm qō est mobile. Jtē mot⁹ est mobilis act⁹ impfect⁹. XXXIX.

De differentia motus et mutatōis. Idem li. v.

Differt aūt mutatio a motu. Ex quibusdā enim subito in quiddā subiectū est mutatio. Motus aūt est qui est ex ptrario in ptrariū. nō subito ſz successiue: vt qui est ex sanitate in egritudinē Et qui est ex egritudine in sanitatē. Qui aūt est in contrariū non solū est mot⁹ sed mutatio: vt fieri albū nō ex quodā est. In quib⁹ aūt ideo est contrariū. que ex ipo ⁊ que in ipz ptraria mutatio est: vt generatio corruptōi cōtraria est Et remotio. ſ. forme a materia: cōtraria est acceptatōi Nec vero mutatōes: ⁊ nō mot⁹ sunt. Trāsmutatur aūt oīe transmutās aliquid fm accidens: et cū dicim⁹ vnū ficum ambulare: q⁹ cui accidit esse vnificū ambulat: vt homo. Aliud vero fm prem: vt corp⁹ sanat: q⁹ oculus vel thorax. Aliud aūt primo ⁊ fm seipm mobile est: vt alterabile. Est aūt in mouente simīliter diuisio. Aliud enī mouet secundū accidens. Aliud secundū ptez. Aliud aūt p se: vt medic⁹ quidē sanat: man⁹ aūt vulnerat. In oīm quoqz mutatōe est aliquid mouens primū. Et aliquid qō mouet: et in quo. ſ. tpe. et pter hec ex quo: ⁊ in qō. Magis aūt ex eo in qō mouetur: q̄ ex quo mouetur mutatio denominatur. vnde corruptio est mutatio in nō esse: et hoc ex esse. Generatō vero in esse: ⁊ hoc ex nō esse. Species aūt ⁊ passiones ⁊ loc⁹ in quo mouētur mobilia sunt vt scientia ⁊ calor. Et mot⁹ quidē non est in specie: sed in eo qō mouetur: et in mobili secūdū actū fit. Itaqz fm accidens mutatio relinquatur. In oībus enī ⁊ semp ⁊ oīm est. Que vero nō fm accidens est: sed p se. non in oībus est: sed in cōtrariis: ⁊ in medijs: ⁊ in cōtradictione. Un⁹ aūt mot⁹ dicitur multipliciter. scili cet genere. specie. numero. Sed simpliciter vn⁹ est: qui substantia quidē vn⁹ est: aut numero. Sunt aūt tria secundū numez circa que dicimus motū vnū. ſ. qō mouet Et quo ⁊ in quo ⁊ qñ. Oīe aūt motū simpliciter vnuz necesse est continuū esse: si diuisibile est. Si aūt cōtinu⁹ est: erit vn⁹: q⁹ vnū sunt extrema. Multi aūt ⁊ nō vnus quoz quies est mediū: dicitur aūt vnus etiā pfect⁹ siue secundū gen⁹ siue fm speciē siue fm substantiā sit. Aliquando aūt etsi impfectus sit: vn⁹ dicitur si soluz continuus sit. Preter dictos aūt mot⁹ dicitur vn⁹ motus regularis. i. equalis et pfectus. Irregularitatis aūt differentia est. aliquādo quidē ab eo ī quo mouetur. Impossibile est enī regulare esse motū: in nō regulari magnitudine: vt reflexi mot⁹ aut obliq. Aliqn aūt velocitate et tarditate determinatur. Cui⁹ enī eadē velocitas est: regularis est. Cui⁹ aūt nō: irregularis. XL.

De specieb⁹ mutationis et motus.

Quoniā aūt oīs mutatio est ex quodā in qōdaz mutabit mutans quadrifarie. aut enī ex subiecto in subiectū. aut ex nō subiecto in non subiectum. aut ex subiecto in nō subiectū. aut ex nō subiecto in subiectū. Dico aūt subiectū affirmatōe monstratuz: quare necesse est ex his que dicta sunt tres esse mutationes. Nā illa que est ex nō subiecto in nō subiectū: nō est mutatio: q⁹ nō est secundū cōtra positionē: neqz ei cōtrarietas: neqz cōtradictio est. Ex nō subiecto quidē in subiectū mutatio fm contradictionez: generatio est. Et alia quidē simplex generatio est: vt que est ex nō ē simpliciter in substantiā fm quā simpliciter fieri ⁊ non fieri dicim⁹. Alia vero quedā cuiusdā: vt ex nō albo in albū. Que vero est ex subiecto in nō subiectū: corruptō est. Simpliciter quidē illa: que ex substātia in nō esse est Quedā aūt est que est in oppositā negationē: sicut dictum est ⁊ in generatōe. Quoniā aūt impossibile est: qō nō est moueri. generatio mot⁹ nō est: fit enī qō non est. Sed neqz corruptio mot⁹ est. contrariū enīz motui: aut motus: aut quies est. Corruptio aūt generatōi ptraria est. Cū aūt oīs mot⁹ mutatio quedā sit: ⁊ triū pdictarum mutationū generatio ⁊ corruptio mot⁹ nō sit: que sunt secundū contradictōez: necesse est ex subiecto ī subiectū cōmutatōz motū esse solū. Subiecta aūt dico: aut cōtraria: aut media. priuatio ei ponatur contrariū. Cū qz diuisa sint pdicamenta substantia ⁊ qualitate ⁊ ceteris: secundū substantiā nō est mot⁹: q⁹ substantie nullū est contrariū. Sed neqz in ad aliquid: cōtingit em altero mutante. vez esse altez nichil mutans. Quare secūdum accidens mot⁹ hoz est semp: neqz agētis neqz patientis. Neqz oīe qō mouetur ⁊ mouet: q⁹ mot⁹ nō est motus neqz generatōis generatio: nec oīno mutationis mutatio. Cū enī oīe qō mouetur tripliciter moueatur. Aut in eo q̄ fm accidens. aut in eo quo ps aliq̄. aut quo p se. Secundū accidens solūmodo cōtingit mutari mutatione: vt qui san⁹ sit: currat aut discat. Secūdum accidens aūt mutatōez supius diuisim⁹. Quoniā ergo nō substātie: nec ad aliquid: nec alicui⁹ ceteroz: relinquitur fm quale ⁊ q̄tum ⁊ vbi: motū esse solūmodo. In vnoquoqz enī hoz est cōtrarietas. Mot⁹ ergo fm quale est alteratio. Motus aūt secundū q̄tum cōmuni nomine caret. Sed aut augmentū est: aut decrementū. Qui aūt secundū vbi ⁊ ppzio ⁊ cōmuni nōe caret: sed loci mutatio dicitur. Est aūt mot⁹ aut ex cōtrario in cōtrariū: aut simpliciter: aut sic. Immobile aūt est: qō omnino impossibile est moueri: vt son⁹ inuisibilis: ⁊ qō in multo tpe vix mouetur: aut qō tarde incipit. qō dicitur grauiter moueri: ⁊ qō aptū natū est moueri et possibile nō mouetur aūt tunc cū aptū natū est: ⁊ vbi: ⁊ sic. XLI

De contrarietate motus ad quietē et motuum et quietum ad inuicem. Idē in libro predicamentorum

Unqz motus species sunt sex motui quidez cōmum: contrariū est quies. Motibus aūt particularibus que p singula sunt. ſ. generatōi corruptio. augmentatōi diminutio: secundū locū aūt mutatōi secundū locū quies videtur opponi. et forte in contrarium locū mutatio: vt ei que est supius: ea que est in ferius. Alteratōi vero nō videtur aliquid esse cōtrariū nisi forte secundus qualitatem quies. vel in cōtrarium qualitatis mutatio. Est enī alteratio mutatio secundū qualitatem. Actoz. Nota q̄ motus dupliciter cōsiderari potest. Aut secundum q̄ est actus impfectus cuiusqz rei naturalis. Et est via deducēs sibi naturalia in ē ⁊ sic transcendens. Aut secundum q̄ est pfectio naturalis potentie: et sic opponitur quieti contrarie. Quippe generatio ⁊ corruptio nō sunt ppie motus: sed mutationes. Augmentum est ab imperfecto ad perfectum. diminutio vero ecōtra. Arestonles in. v. phīsicoz⁹

Nō solū itaq; motiōs motui videtur esse cōtrarius: sz
z quies. priuatōi eni est simulis. Etiā quietes ad inuicē
contrarie sunt. magis aūt motꝰ motui cōtrarius est qꝫ
quies. Quibuscūq; aūt nō insunt ꝓtraria. hoꝝ mutatō
quidē est oppositā. s. que est ex ipō: ei que est in ipz: mo
tus aūt nō est. Nō solū aūt in mutatōe fm locū z secun
dum naturā z extra naturā sunt z motꝰ z quietes: sed z
generatōes quedā violente sunt z nō ordinate. Corru
ptiones quoq; quibꝰ cōtrarie sunt que secundū naturā
sunt. Augmenta quoq; violenta sunt: vt que velociter
ꝓpter alimentū pubescentiū: similiter z decremēta. In
alteratōe similiter erūt, alie quidem violente. alie vero
naturales. ¶ Idē in. viii. li. Omnes ergo ex oppositis
terminis cōtrarius sunt. Alteratōi passiones cōtrarie.
Augmento vero et decremento magnitudo vel pūitas
cōtraria sunt Secundū locum est: qui est sursum et: qui
est deorsum tq̄.

XLII.

¶ De generatōe et corruptione. ¶ Idez in
li. i. de generatione et corruptione.

Quam quidē semp ꝓtrarius supponendū est esse
materiā in transmutatōibus. i. tria sunt princi
pia transmutatōis. materia. s. z duo contraria
vnāq; est materia oim q̄ ad inuicez transmutant. Et si
subiectum vnū est: alteratio est. Generatio aūt z corru
ptio qñ transmutatio fit ex hoc in hoc totum. i. qñ tota
forma rei substātialis trāsmutatur. Quādo igit in sub
iecto est transmutatio: generatio z corruptio est. Quā
do vero in passiombꝰ z secundum accidēs alteratio. ve
runtñ generatio simplex est in simpliciter ens. Et cor
ruptio simplex: in simpliciter nō ens: qz. s. fiunt secūdū
formas substātiales. Quecunq; vero nō substantiā si
gnificant sed accidens: nō dicitur simpliciter sed secun
dum quid generari: vt cū ex nō albo fit albū. aut ex nō
bono bonū. Et id quidē ex quo generaī. i. qō generatio
ni subiicitur: potestate est ens: actu vero nō ens. vnius
ergo rei corruptio est alteriꝰ generatio z ecōtra. Quia
. s. generatur quid in hoc: et dissoluitur in id. Et in quo
terminatur corruptio ab eodē incipit generatio: quo cir
ca inquietā. i. incessabilē z ꝑpetuā necesse est esse trans
mutationē. i. generatōez z corruptōez. Et subiectū ge
nerationis et corruptōis trāsmutatiuū est in cōtraria.
Sed qñ secundū ꝗtum transmutatio fit: contrarietas
augmentuz z diminutio. Quādo secundū locū: est am
bulatio. Quādo aūt secundū passionē z quale: alteratō.
Quando aūt totū mutaī nō manente subiecto: vniuer
saliter est generatio z corruptio. Est aūt yle. i. materia
maxime quidē ꝑprie subiectus generatōis z corruptio
nis. Susceptibile modo etiā aliquo et aliis trāsmutati
ombus. ¶ Idē in li. ii. phisicoꝝ. Prima vero generabi
lia et corruptibilia sunt quattuoꝝ elementa ꝓpter cōtra
rietates. s. tangibiles: vt sunt graue et leue: calidum et
frigidum: humidū z siccū: lubricū et aridum: durum et
molle: aspez z leue: grossum subtile. Impossibile est au
tem id in quo generatū est aliquid. enunciari. i. ꝑdicari
de generato. Nō eni bene dicitur ignis est aer: vel ecō
tra. Sed vere dicitur anul⁹ est auz. Et qz nō est hmōi
permutatio generatio: sed alteratio siue trāsfiguratio.

XLIII.

¶ De eodez. ¶ Idē in methaphisica. i. li.

Inter esse et nō esse generatio est: ita q̄ illud qō genera
tur: semp est inter illud qō est ens: et illud qō nō est ens
Addiscens eni et generatū sciens. Et hoc intendimus
cū dicim⁹: q̄ ex addiscente fit sciens. Quedā aūt nō re
uertuntur ad inuicē. s. quoꝝ vnū est post alterꝫ: ut ex pu
ero fit vir nō ecōtra. Alia vero reuertūtur: qz corruptō
vn⁹ est generatio alteriꝰ: vt ex aere fit aqua ꝑ corrupti
onem aeris. ¶ Idē in li. ii. Omnia vero corrupta vadūt
ad ea ex quibꝰ sunt. ¶ Albertꝰ. Generatio aūt cōuem
ens secundum ꝓportionē agentis materie. Calidum cui
et humidū mouentia in generatione diuersas accipiūt
ꝓportiones ad formas substantiales inducendas: et ex
diuersitate luminis descendentis a sublim de stellis: z
ex diuersitate materie: que. s. materia qñq; cōmixtionē
tantūmodo nata est suscipe: et tunc generātur minera
lia. Quādoq; vero cōmixtionē et complexionē nō tamē
ad equale: sz in qua dominaī substātia terrestris ac du
ra: et tunc generātur plante. Quādoq; aūt cōplexionē
adducentē ad equale: et tunc generātur animalia. Sic
etiā intelligīt qō dicit arestotiles: q̄ oīs generatio ē ex
ꝓuenienti. Conueniens eni supponit ꝓportiones agēnis
z materie ad formā q̄ inducit. Et buiꝰ simile ponit aui
cenna in actione ignis: qui cuidam materie nō cōmuni
cat nisi calorem. Alicui vero caloꝝ et lumen. Et alicui
calorem et lumen et ꝑcez. Secundum q̄ magis et mi
nꝰ apta est materia suscipere impressiones que sunt ab
igne.

XLIIII.

¶ De mixtione. ¶ Arestotiles libro primo
de generatione et corruptōe

Mixtio est mixtibiliū alteratoꝝ vnio. Mixtibile
vero est quiqd bene determinabile ens actiuz
z passiuū vt humidū. Nō eni omne omni miscibi
le est: sed oportz alterꝫ mixtoꝝ esse sepabile. vnde impos
sibile est passiones et habitꝰ misceri reb⁹ vt albū corpi
q; passionū nulla est sepabilis fm se. Sed neq; nō tan
gentia ad inuicem cōtingit misceri. Contingit aūt mi
xta qualiter. i. quodam modo esse: et alio modo nō esse.
Actu quidē z ente alio generato ex ipis. potentia vero
adhuc alterutro coꝝ que fuerāt antecp̄ misceruī: vt. s.
aliud est a quattuoꝝ elementis actu: potentia tñ est illa
Ea vero que misceñ ꝓꝰ ex sepatis cōuemunt. i. prius
quidē sepata erant et separi rursus possunt: oportet aūt
mixta simulū partū esse. vnde si misceaī ordeū frumen
to nō est mixtio: sed cōpositio. Illa vero quoꝝ eadē est
materia et actiua sunt et passiua ad inuicez Ex ea quo
rum nō est eadem materia faciūt entia impassibilia. et
hoꝝ nō est mixtio. Idcoq; nec medicina corpiꝰ mixta
est Actuoꝝ etiā et passiuoꝝ quecunq; sunt facile diui
sibilia. i. determinabilia. Multa quidez paucis et ma
gna paruis cōpositā: nō faciunt mixtionez: sed dominā
tis augmentatōez. Alterꝫ eni in dominās trāsmutatur
Idcoq; gutta vini mille amphoꝝs aque non miscetur:
qz species vini soluitur: et in aquā omino trāsmutatur.
Quādo vero potentis adequātur: tunc quidem alteru
trum in dominās transmutaī: nō aūt generatur alteruz
sed mediū cōmune: demiq; parua puris miscentur: facili
us eni ac citiꝰ inuicem transeunt. Idcoq; et bene dete
rminabilia diuisibilū ac passiuoꝝ sunt miscibilia: qz fa
ciliter diuidūtur in parua. Talia vero sunt humida: vn
de et humidū maxime miscibile est omi corpi si non sit
lubricū. i. viscosum.

XLV.

¶ De loci mutatōe. Idē in li. phisicoꝝ. viij.

Omnium aūt motuū loci mutatio prima est: om
nium eteni passionū principium est densitas et
raritas. Graue siquidez et leue: durū et molle
calidum et frigidu: densitates quedā et raritates esse
videntur. Densitas aūt et raritas Congregatio et di
gregatio secunduz quas generatio et corruptō dicitur
substantiaꝝ. Que vero cōgregātur necesse est secundū
locuz mutari. Digregatio namq; et congregatio sunt
motꝰ secunduz locuz. Sic eniz mouent concordia et dis
cordia: hoc quidez digregat: illud cōgregat. Preterea
quoniā mensura motuū est loci mutatio: necesse est ipm
esse primuz, ꝑprie quoq; moueri dicitur soluz: qō secun
dum locum mouetur. augmentum vero impossibile est
esse: alteratione nō ꝑsistente. Nō autez quereret motꝰ
nisi locꝰ aliquis esset secundum locuz; ꝑpter hoc eni et
celum maxime in loco esse opinamur: qz semp in motu
est. Est autem qō mouetur. aliud quidez per se ipsum.

aliud secundū accidens. Et⁹ aūt qō secundū accidens. Alia contingentia sunt moueri p se: vt ptes corpis ⁊ i naui clauus. Alia vero nunq̄ sed semp secundum accidens: vt albedo ⁊ scientia. hec enī suū trālmutant locū: qz illud in quo sunt transmutāt. Ipmqz continēs qñ in diuisum est: sicut in toto dicitur vt man⁹ in corpe. quādoqz vero diuisis vt in cado aqua. Man⁹ enī cū corpe mouet: et aqua cū cado. Nō aūt videbit esse mot⁹ nisi sit vacuū. plenū enī impossibile est recipe: qz duo corpa nō possunt simul esse. testimoniū aūt de cinere faciunt: qui tñ aque recipit: q̄tum vacuū. Sed videt dici vas vacuū vno quidē modo nō plenū sensibili corpe secūdū tactum: hmōi vero est qō habet grauitatē ⁊ leuitatem Est aūt densus quide graue: rar aūt leue: vacuū itaqz simpliciter nichil est. Nō enī habet differentiā sursum .s. ⁊ deorsum sm qō vacuū. p̄terea si vacuū est eque cito fertur graue ⁊ leue.

XLVI.

De loco quid sit Idē in libro tercio.

Omne corp⁹ est in loco: ⁊ habet aut grauitatez: aut leuitatē: et graue quidē in medio secundus naturā habet ferri: vt terra. Leue sursū Idē in .iiii. li. Q⁹ aūt locⁿ sit aliquid in natura patet: qm̄ ea que sunt: in loco sunt. s. corpa. et qz fit sm locū mutatio et qz vno corpe ingrediente: ⁊ alio egrediente manet locus vn⁹ ⁊ idē. Jtē qz habet aliquā potentiā ante determinatam: vt patet in mutatōib⁹ phīcoꝝ corporum et simpliciū. s. ignis ⁊ terre ⁊ hmōi. nā vnumqōqz fertur in locū ꝓprium nō sibi phībitū: hoc quidē sursuz: illud aūt deorsum. Sunt enī he loci species. s. sursum deorsū et reliqe sex distantiaꝝ. Que quidē n̄ solū quo ad nos positione differūt: sed i natura sunt determinata. Sursum enī est vbi fertur leue. Deorsū aūt vbi graue. Idē ostendūt etiā corpa mathematica: qz cū nō sint in loco sm positiōez tñ q̄tum ad nos. i. ad intellectū nostr⁹ habent deorsuz ⁊ sinistrosuz. Jtē etiā aliqui vacuū aliqd esse ꝓfirmant: locū enī esse ponunt vacuū: vacuū enī⁹ locus erit ꝓuat⁹ corpe. Esse ergo ⁊ locū p̄ter corpora: ⁊ oīe corp⁹ sensibile esse in loco: p hoc aliquis cōcipiat. Habet aūt locⁿ distantias tres. longitudinē. ꝓfunditatis. latitudis. quib⁹ determīatur oīe corp⁹

XLVII.

Quid sit locus.

Impossibile aūt est corp⁹ esse locū. Jn eodē eiz essent duo corpa. Sicut aūt oīe corp⁹ est in loco: sic ⁊ in omni loco corp⁹. Sed neqz minor neqz maior locⁿ est vnicuiqz. Et locⁿ quidē alⁱ cōmunis est in quo oīa corpa sunt sicut celū. Alⁱ vero ꝓpriꝰ in quo primo. s. corp⁹ est. Si aūt locⁿ primū continens vnūquodqz corpoꝝ: termin⁹ quidem est: videtur igitur forma ⁊ species vnuscuiusqz locⁿ esse quo determīatur magnitudo: et ei⁹. s. magnitudinis materia. hec enīz. s. forma est vnuscuiusqz termin⁹. Sic ergo considerantibus. s. locū in natura determinatis: locus vnuscuiusqz species esse videtur. Materia vero videtur esse locⁿ secundum qō videtur locⁿ esse distantia magnitudinis. i. dimensio. Est enī equalis magnitudini. Et est altera a magnitudine: contenta a specie: ⁊ diffinita. i. determinata. hmōi aūt materia est ⁊ infinitū. Cunqz remouentur termin⁹. i. quantitas: ⁊ passiones. i. qualitates. et species. i. forme substātiales. nichil relinquitur p̄ter materiam. Unde ⁊ plato locū ⁊ materiā vnū ⁊ idē esse dicit in thymeo. Ut vero q̄ impossibile sit hoꝝ qlibet esse locum: facile est videre. Species enī ⁊ materia nō sepant̄ a re: locū aūt separi ꝓtingit. Ampli⁹ quo ferentur i locū suū: si locⁿ esset materia vel species. Impossibile ei est id cui⁹. i. ad qō nō est mot⁹: neqz sursū neqz deorsuz locū esse. p̄terea si vere forma aut materia locⁿ est: erit locus in loco. Transmutātur eiz simul cū re: ⁊ mouētur et species. s. forma. et infinitū. s. materia. Multis autē modis dicitur aliquid esse in alio. Uno quidez modo sicut digit⁹ in manu: et oīno ps in toto. Alio vo sicut totū in ptibus. Alio vero sicut species in genere. Alio vero sicut gen⁹ in specie vel ps speciei. i. differentia in specie ratione. i. diffinitōe. Alio sicut sanitas i calidis ⁊ frigidis: ⁊ oīno species in materia. Alio sicut in rege dispositōes que sunt grecoꝝ: et oīno motū in ꝓmo motiuo. Alio vero sicut i optimo: et oīno in fine: hoc est cui⁹ causa fit: omnino aūt ⁊ maxime ꝓpriꝰ modus est sicut in vase: et omnino in loco. Et quonīā totum in ptibus est: et econuerso dicetur totū in seipo: qz. s. totū et ps eiusdē nature sunt. Sed illo modo quo vinū est i vase: impossibile est aliquid esse in seipo. Qō aūt oppositū zeno: qz si locⁿ est aliqō: in aliquo. s. vt in loco erit. facile est soluere. nichil enī phibet in aliquo quidē esse primo locū: nō tamen in illo sicut in loco: sed sicut sanitas in calidis est vt habit⁹: calor aūt in corpe vt passio. quare nō necesse est in infinitū abire: dignū est ergo locum esse: et primo quidē ꝓtinere locatū: et nichil rei esse: nec maiorem: nec minorē esse: nec deficere. vnicuiqz ⁊ sepabilem esse: sursuz ⁊ deorsū habere: ⁊ vnūqōqz corp⁹ natura ferri sursū vl' deorsum: ⁊ in locis ꝓpriis manere.

XLVIII.

Adhuc de eodem.

Ex his ergo patet quid sit locⁿ: forte aūt quatuor sunt quoꝝ vnū aliquid necesse est esse locū. s. aut formā. aut materiā. aut spaciuz aliqō in medio extremoꝝ. aut extrema. Forma quidem videtur esse ꝓpter id qō ꝓtinet. In eodē enī sunt extrema contenentis ⁊ contenti. Sunt quidā vtraqz termini: sed non eiusdē. Nā species quidē rei. s. contente. Locⁿ aūt cōtinentis corpis. s. a cōtento diuisus. Materia vero esse videtur: qz in alteratōe manente materia fit trālmutatio. Sic ⁊ in loci mutatōe: manente loco: p̄terea in trālmutatione elementoꝝ: qō erat aer: hic nunq̄ aqua est. sed materia. vt pdictum est. nec diuisa est a re: nec cōtinet rem: locus aūt vtrūqz. Ex eo aūt q̄ manente ꝓtinente mouetur ꝓtentū ⁊ diuisum: vt ex vase aqua: videtur locⁿ esse spaciū mediū receptū inter ptes superficiei contenentis. Q⁹ aūt vn⁹ ⁊ idem locⁿ intrālmutatus recipiat diuersa corpa sm successionē: nō videtur possibile: nisi locus sit vltimū continens cū spacio intercepto sup̄ qō succedūt corpa: hoc aūt nō est. s. q̄ spaciū contentū itra terminū continentis sit locⁿ vel aliquid loci. Si enī huius dimensio imaginata esset locⁿ. Infiniti essent loci i vno loco. Eritqz loci alⁱ locⁿ. Et multi loci simul erūt: qō. s. est impossibile. Si ergo nichil horꝝ triū locⁿ est: necesse est esse quartū. s. terminū corpis ꝓtinentis. Dico aūt ꝓtentū corp⁹ qō mouetur sm locū.

XLIX.

De modis essendi in loco.

Alia quidē sunt in loco sm potentiā. Alia vero sm actū. Nā ptes cōtinui cū sit vnū ex eis sm potentiā in loco sunt. Separate vero sm actum. Item quedā in loco sunt p se: vt omne corp⁹ sm locum mobile: vel secundū augmentū. Alia vero p accidens: vt aīa ⁊ celū. Nō enī celū alicubi rotum est: nec in loco quodā: qz nullū corp⁹ ipm continet sub quo moueatur: Sed ptes ei⁹ quedā in loco quodā sunt: omnes aūt in eo qō circulariter: continet enī alia altā. vnde circulariter solū mouetur qō sursum est. Omne nanqz. i. vniuersum non est alicubi: nec extra ipm aliquid est. Et extra omne ⁊ totum nichil est. Ideo oīa in celo sunt: qz celuz est: quod omne est. s. q̄tum ad continentiā oim corpoꝝ. Est enī quidā vltimū ⁊ tangens mobile: terminusqz corpis quiescentis. Terra nanqz in aqua est: et hec i aere. hec aūt in ethere: ⁊ hec in celo. Celum aūt nō amplius est in alio. Nō itaqz locum necesse est esse spaciū aliquod corporeū: nec punctū esse locuz. Et est locⁿ alicubi

id est. in aliquo: nō sicut in loco: sed sicut termin⁹ in finito. Nō enī omne qō est: in loco est. Sed corpus mobile secundū locū. ¶ L.

¶ De localiū motuū diuersitate. ¶ Idez in libro primo de celo et mundo.

OMnia vero corpa naturalia et magnitudines mouent motu locali p se: q̄ natura est principium mot⁹ in eis. diuersitas aūt motuū: est secūdum modū diuersitatis locoꝝ. que sursum est ⁊ deorsū ⁊c. Omnis aūt mot⁹ qui fit in loco: aut est equalis: aut circularis: aut ex vtrisq̄ cōpositus. hi enī duo motus tm̄ simplices sunt. Nā ⁊ corpa quidem simplicia sunt ista duo longū ⁊ circulare. Mot⁹ circularis est ille qui est sup medīū. Equalis vero cui⁹ termin⁹ est sursum et deorsum. omnis ergo mot⁹ simpliciter: aut est a medio: aut ad medīū: aut sup medīū. Corp⁹ simplex necessario est q̄ moueat natura sua motu circulari. Possibile ē etiam vt moueant quedā corpa motu accidentali: qui est contrari⁹ naturali. Mot⁹ sursum ascendens: ignis quidē naturalis est. terre vero accidentalis. Mot⁹ aūt descēdens deorsum terre naturalis: et ignis accidentalis. ponamus ergo graue descendens ad medīū: et leue ascendens a medio. omne quidē corp⁹ incedens sursū aut deorsum grauitatem ꝑculdubio habet: aut leuitatē. Nō est ergo corpi rotundo grauitas aut leuitas: q̄ non est possibile vt moueat a medio vel ad medīū motu accidētali: vel motu naturali. Corp⁹ ergo primū mobile quod mouetur circulariter: nō habet grauitatē aut leuitatez. Dico aūt q̄ corpa que equalia sunt in magnitudie. mouentur ⁊ mutant equaliter in vno tpe. Et corp⁹ minus mouetur motu maiore in illo tpe. vbi est aūt motus gle be vn⁹. Illuc est mot⁹ toti⁹ terre: ⁊ vbi motus scintille ibi ⁊ toti⁹ ignis. Omnia deniq̄ elementa ad locū a quo recedunt violenter: accedunt naturaliter. Et ad locū in quo stat corp⁹ sine violentia: vadit itez sine violentia. ⁊ ecōtra. Omne aūt quod mouetur: alteratur ꝺ aliquo in aliquid. ¶ LI.

¶ De alteratōne secundū quid habeat fieri large vel ꝓprie ¶ Idē in libro tercio.

Inter cetera itaq; prudentie opa hoc quoq; aliquis vt dignū admiratione suspexerit. Nō enī ex vna causa vētos aut inuenit: aut ꝑ diuersa disposuit: sed plurib⁹ pro mum quidē vt aera pigrescere non sinerent: sed assidua vexatōe vtilem redderent vitalem tracturis spūm. Deinde imbꝛes terris subministrarent: cosdez in vnū cōpescerent. Modo enī nubes adducunt: modo deducūt: vt ꝑ totū orbem pluuie diuidi possint. In italia auster impellit. In affrica aquilo reiicit. Etheſie non patiuntur apud nos nubes cōsistere. Judez totā indiā et ethiopiā ꝓuinus ꝑ id temp⁹ irrigāt aquis. Quid q⁹ fruges peripi nō possent: nisi flatu supuacua mixtaq; seruādis vētilarentur. nisi esset q⁹ segetem excitaret: et latentez frugem ruptis folliculis adapiret: Quid q⁹ oīm̄ib⁹ inter se populis cōmertium dedit. Et gentes dissipatas locis miscuit. Ingens nature beneficiū: si nō illud in iniuriā suā vertat hoīm furoꝝ. Que nanq; dementia nos exagitat: et in mutuū cōponit exitiū vt nos velamentis demus bellū paturi: et piclitemur piculi causa Nōne boc prudentia ac dispositoꝝ ille mundi de⁹ exercendū vētis aera dedit. Et illos ab oīm̄ pte ne quid esset situ squalidum effudit. Et pax videlicet ad mortes nostras terra late patet. Mimis delicate fortuna nos tractat. Nō de populatur nos casus incurrens. Eam⁹ in pelag⁹: ⁊ vocemus in nos fata crescentia. Miseri q̄d queritis moztem: que vbiq; supest. petet et illa vos ex lecrulo. sed innocentes petet. ergo nō immerito quis dixerit melius actū esse nobiscū: si natura ventos flare vetuisset: magnanq; ꝑs humane pacis erat maria ꝓcludi. Non tñ de autoze deo tñ queri possum⁹. si ei⁹ beneficia corrumpimus: et vt essent ꝓtraria efficim⁹: dedit enī ille ventos ad custodiā celi: terrarūq; temperiem: ad euocandas ⁊ supprimēdas aquas: ad alendos satoꝝ et arboꝝ fructꝰ quos ad maturitatem cū aliis causis adducit ipa iactatio. cibū in summa attrahens: et ne toꝝpeat ꝓmouens: dedit etiā ad ulteriora noscenda: fuisset enīs homo aial impitum et sine expientia reruꝝ. si natalis soli circūscriberetur fine. dedit etiā vt cōmoda cuiusq; regionis cōmunia fierent: nō vt legiones equitemq; gestarent: aut pernicioſa gentium arma trāsueherent. At nichil tam manifeste vtilitatis inuenies: quod non in contrarium transeat culpa. ¶ xxxviii.

De quorundā sanitate et aliorū noxietate Constantius in pantegni li. v.

Ventꝰ est fum⁹ sicc⁹ a terra dissolutus. huius natura ꝑm locū sumit sibi ꝓpria. Mutatō aūt nature loci est ex solis vicinitate vel longinq̄tate:

vel ex cursus sui diversitate. Loca vero sunt quattuor scilicet occidens. oriens. meridies. septentrio. Meridies ortu solis dextra calid⁹ est et humid⁹. Calid⁹ quidē q⁹ dū sol ab altitudine sua digredit: ibi aliq̄diu immoratur. Humid⁹ aūt ex humiditate fumi maris et humiditate loci. vent⁹ igitur ex hac pte flans. s. auster calid⁹ t humid⁹ esse pbatur. plaga septentrionalis huic opposita t soli sinistra. frigida est t sicca: qō ex nimia solis remotione contingit. Cū enī sol ad cā deuenerit altissimus est: et a terra remot⁹. Igitur t vent⁹ in hac pte veniens frigidus est t sicc⁹: et boreas vocatur. Orientis loc⁹ tpatus est: q⁹ licet ibi nascat sol: cito tñ inde sepat Vent⁹ ergo inde veniens eur⁹ est tpatus: sed tamē aliq̄ quantulū calid⁹ t sicc⁹. Occidens simliter tpat⁹ est locus: aliq̄tulum tñ frigidior t humidior. talis t et⁹ ventus. Sunt t alii octo istoꝝ suffraganei: quoꝝ nature: principioꝝ suoꝝ naturis sunt affines: non tñ adeo feruentes. hoꝝ vnusquisq⁹ dū mouet: natura aeris et corpoꝝ complexiones mutant. Boreas enī corpa indurat t pfortat. humores t spirit⁹ clarificat. cerebꝝ sanat. sensus subtiliat. morū pfortat. coitū augmentat. malos humores pterahit: ne in alia membra discurrāt. qō ideo fit q⁹ corpis exteriora refrigerat: et calor naturalis int⁹ ad iuuatur. Tusses facit t dolores pectoris: ppter desiccationem spiritualis instrumēti. digestiones t vrinā strangit. dolores oculoꝝ parit. corpibus frigidis nocet. Auster econtra neruos emollit. corpa. humores. sensus. et spūs turbat. Inde grauitas audit⁹. vertigo oculoꝝ. pigricia. tarditas mot⁹. Caput grauat. termin⁹ epylensie mouetur. virt⁹ digestibilis t coit⁹ deficit. Qō inde cō sequitur: q⁹ vent⁹ hic calid⁹ est t humid⁹: cerebꝝ impellens humidis humoribꝰ: que oīa humectatōez t cerebri denotant defectōez. Defectio enī digestibilis fit ex humoribꝰ a cerebro ad stomachū descendentibꝰ. Oriē tales aūt t occidentales venti ex sui temperie sunt corporum tempatiui. Octo vero alii ꝑm naturā suoꝝ pncipaliū opanē circa corpa: sz tñ mediocri⁹. XXXIX.

De turbine. Isidor⁹ libro. xiij.

Turbo est volubilitas ventoꝝ: t dicitur a terra quotiens vent⁹ consurgit: et terraꝝ in circuitu quatit. Seneca vbi supra li. iiij. Turbinē efficit pluriū ventoꝝ inter se colluctatio. hec circa terras concipit t fertur. Ideoq⁹ arbusta radicit⁹ vellit. Et in qōcunq⁹ incubuerit solū: mudat: siluas interim t tecta corripiens. Inferior fere nubib⁹: altior vtriq⁹ nunq̄. huius rotunda facies est: dū columne modo circūagentis se voluitur. oīa nube velocior rapitur: et⁹ mot⁹ vagus est: et dilect⁹: t verticosus: diu aūt manere non potest. Nā cū vag⁹ t incert⁹ spirit⁹ colluctat⁹ est. Nouissime enī minim⁹ oīm cedit. Nulla itaq⁹ tempestas perdurat magna: sed tempestatū pcelle q̄to plus habent virium tanto minus temporis. ventiq⁹ cū ad summū veniunt oīm violentia remittunt. Et ista concitatōne necesse est vt in ctrū sui tendāt. Nemo itaq⁹ turbinē toto die vidit: sed ne hora quidez. Mira ei⁹ velocitas est: et mira breuitas. violent⁹ ac celer⁹ circa terrā voluitur quo ē eo latior t ob hoc diffunditur. Periclian⁹ ad cōdroe Turbo fit cū spūs segregat⁹ ab aliqua nube offendit. et circa eā voluitur. Aut circa eaz circulū faciens: corroborat. ita vt ptem nubis accipiat: eo q⁹ ab eo separari nō valeat. Ea q̄ rapit in circuitu mouens: extrū non in uemendo in seipm retrō reflectens. vnde t ex mari sepe abstulit aquā naues in altū subuebit. ex terra etiā lapides: et alia sepe subuebit animalia. Et paululū erepta deserit. Pbs vbi supra li. iiij. Vent⁹ aūt qui videtur in estate rotundus in campis: tollens ex terra paleas et pulueres turbo nominatur: et fit ex vento descendēte ex nubibus. q̄ occurrit sibi vent⁹ contrarius: et impellunt se inuicē diuersa impulsione. Et dū vnusquisq⁹ coartat alteꝝ ex partib⁹ suis: eleuatur rotund⁹: inuolut⁹ in alto cum puluere subtili. XL.

De tempestate ac temporibus tempestuosis. Isidorus vbi supra.

Tempestas a statu celi dicitur: que a magnitudine sui multis dieb⁹ orit: maxime aūt fit vere vno t autumnali tpe: quādo nec plena est estas: nec plena hyems. In medio enī t fine vtriusq⁹ tpis et coniunctōne aeꝝ contrarioꝝ tempestates fiunt. pcella dicitur vis venti cum pluuia: eo q⁹ pcellat. i. pcutiat et euellat. pcelle enī aut de flumnib⁹: aut de ventis fiunt Vegetius renat⁹ de re militari li. iiij. Venti sepe simguli. et interdū duo: magnis aūt tempestatib⁹ t tres pariter flare ꝑsueuerunt. hoꝝ impetu maria q̄ sua sponte tranquilla sunt t quieta vndis exestuantib⁹ seuiūt. horuz flatu ꝑ natura temporꝝ t locoꝝ ex pcellis serenitas redditur. Et rursuz in pcellas serena mutantur. Nā secundo in spiramine optatos classis inuenit portus. Adverso stare aut regredi. aut discrimē sustinere compellitur. Et ideo difficile naufragiū ptulit: qui ventoꝝ rationem diligenter inspexit. Nā aut toto anno vim atq⁹ acerbitatē maris patiuntur nauigantes. sed quidā mēses aptissimi. quidā incerti. Reliqui classib⁹ intractabiles sunt post ortū plyadū vsq⁹ in diē. xviii. kalendaruz octobriū secura nauigatio creditur. Quia estatis beneficio: ventoꝝ acerbitas mitigatur. post hoc temp⁹ vsq⁹ in. iii. ydus nouembris incerta nauigatio est t discrimini ꝓpinquioz: qui post ydus septēbres: oritur arcturus vehementissimū sid⁹. Et. viii. kalendaꝝ octobriū equinoctialis euenit t acerba tempestas. Circa nonas vero octobres hedi pluuiales. et. v. ydē⁹ eiusdē thaur⁹ vento sus. A nouembri aūt mense. crebris tempestatib⁹ nauigia quatiuntur vergiliaꝝ hiemali occasu. Et die ergo tercio yduū nouembriū vsq⁹ in diē sextū ydus marcia rum maria clauduntur. Nā lux minima: noctiq⁹ longissima: poli ac nubiū densitas: aeris obscuritas: ventorum imbri vel nimb⁹ genita alias gemina scuicia. Nō solū classes a pelago: sed etiā cōmeantes a terrestri itinere deturbāt. post natalē vero. vt ita dicā. nauigatōis solē in certamine. publicoq⁹ multaꝝ gentū spectaculo celebratur: plurimoruq⁹ fideꝝ ipiusq⁹ tpis ratōne: vsq⁹ in ydus matias: piculose maria temtantur. Nō quo nego ciatoꝝ cesset industria. Sed q⁹ magis adhibenda caute la est: quādo exercit⁹ nauigat cū liburnis. quā cū prima tax mertiū festinat audacia. XLI.

De signis tempestatum prenosticis.

Preterea alioꝝ ort⁹ occasusq⁹ fidez: tempestates vehementissimas cōmouet: in quibus licet certi dies autoꝝ attestatōe signentur: tñ q⁹ diuersis caulis aliqñ mutantur: et qō confitendū est: celestes causas humana conditio ad plenū scire ꝓhibetur. Ideo nautice obseruatōis curā trifariā diuidunt. Aut enī circa diē statutū. aut ante: vel postea tempestas fit vt compertū est. Trālitusq⁹ fidez: quos plyades vocāt cū pscripto cursu dies arbitrio creatoris suscipiunt sugina vel deserunt. frequēter assolent serena turbare. Interlunioꝝ aūt dies tempestatib⁹ plenos: et nauigātib⁹ q̄ maxime intuendos: nō solū p̄itie ratio: sed et vulgi vsus intelligit. Multis quoq⁹ signis ex tranquillo in tempestatib⁹ pcelle ꝓduntur: que velut in speculo lune orbis ostendit. Ostendit rubicund⁹ colos ventos. Ceruleus indicat pluuias. Et vtroq⁹ cōmixt⁹ nimbos t furentes pcellas. Let⁹ orbis serenitatē nauigiis repmittit: quā gestat in vultu pcipue. s. quarto ortu neq⁹ obtusis cornibus rutila: neq⁹ infusa fuerit humore fuscata. Sol quoq⁹ exoriens candens: interest. vtr⁹ equalibus gaudeat radiis. an obiecta nube rutilet: vtr⁹ solito splēdore fulgid⁹: an ventis vrgentib⁹ igne⁹: ne ve pallidus vel pluuia sicut impendente maculosus. Aer vero t mare ipsum: nubiumq⁹ magnitudo: vel species: solliciteos

instruit nautas. Aliquāta ab auibus. Aliquāta signifi
cātur a piscibus. que virgili⁹ in georgicis. diuio pene
comprehendit ingenio. Et varro in libris naualibus di
ligenter excoluit. Nec gubernatores sic se scire ꝓfiteu
tur. peritie, ut magis vlus instruit. q̄ altior doctrina
firmauit

XLII

De nubibus. Ex imagine mundi.

Enti quoq; spiramine suo aq̄s in aera trabūt:
que conglobate in nubes densantur. Et dicun
tur nubes q̄si nimbox naues. Isidor⁹ vbi s̄.
Nubes ab obnubēdo. i. opiendo celū dicte sūt. q̄s aeris
densitas facit vēto ꝛglobari. vñ est illo. In nubē cogit
aer. Plinius⁹ ad colsdroe. Nubes t pluuiā fi ex alio
loco spirituū necessitas infert. Dz ex ipo aere velociter
turbato apparēt et hoc quidē ꝓclax: q̄ nubes talē soli
ditatē t virtutē t crassitudinē fi habent: vt etiā minutis
sumū q̄d gue sustinere possint in aere: aut ex terra retra
bere: venti etenī multā virtutē habentes: potēter spirā
tes: nō possūt nec lapidē puū in aere cōpendere. Ex
libro d̄ naturis rex. Nubes quidē dicunt quasi nimbo
rum naues. Solis nanq; caloze de terra tracte: p vapo
res in aere conglobant t condensant: grauideq; facte
nimietate humiditatis: t ampli⁹ ferre se nō valentes:
vento de faculi dissoluunt. et p pluuiā: niues: t grandi
nes ad terrā iterꝝ relabūtur: vt iterꝝ ascendentes cōce
scant in nubes. Hugo de sex dieb⁹. Nubes michil ali
ud est: q̄ guttax minutissimax aque congeries: p virtu
tem caloris in aera eleuata. Sed si virtus caloris vehe
mentior fuerit: tota illa congeries p virtutes caloris in
puꝝ aera transit. Si aūt debilior: tunc ille gutte minu
tissime se inuicē incurrentes grossiores guttas faciunt
t inde pluuia. Q; si gutte ille minute vento ꝟstricte fu
erint: inde nix. Si vero grosse inde grando. Actor.
Nubes itaq; de mari ascendentes amaritudines depo
nunt: et ꝑcul a terra suspense sunt. Impulseq; ventis
agitantur: vbi volātes discurrūt in pluuias: t tonitrua
niues: t grādines resoluūtur: aut indurantur. Attenu
ate reddūt ꝛridē. i. arcū celestē. hinc est ille versus d̄ nu
bis ꝓpriet⁹. Pulsa nothis ꝑcul a terra mare linqt
in ymbres. Soluitur: t tonitruus volat: et tenuata dat
ꝛrim.

XLIII

De diuersis nubiū causis Seneca li. vi.

Nubem tam arida q̄ humida efficiūt: est enim
nubes aeris crassi spissitudo Vitruuius vbi
supra li. viii. A ventis quoq; ferunt humores
ꝛglobati et fōtib⁹ t fluminib⁹ t paludib⁹ Cū tepore
solis colligūt t exhauriūt: et ita tollunt in altitudinem
nubes. Aer quoq; a sole calefact⁹: humorē a terra tol
lit: vaporesq; t nebulas facit: licet ex balneis exemplū
cape. Nā camere que sup caldarias sunt: fontes habēt
sed celū q̄d ibi est ab ignis vapore calefactum cozripit
ex pauimentis aquā: aufertq; secuꝝ in cameraꝝ curua
turas. Semp enī vapor calid⁹ in altitudinē se trahit: t
primo quidē sustinet ꝓpter leuitatē: vt aūt plus humo
ris congestū haber: sustinere nō potest ꝓpter grauitatē
sed stillat supra lauantiū capita. Eadē ratione celestis
aer cū absolute caloꝛē ꝑcipit: ex oībus locis hauriendo
tollit humores: et cōgregat ad nubes. Sic enī terra fer
uore tacta humores eiicit: vt cozp⁹ homis ex caloze su
dores emittit. Indices aūt hui⁹ rei sunt venti. Ex q̄b⁹
septentrio t aquilo. q: frigidissimis ꝑtib⁹ ꝑcreari veni
unt. remotos siccitate in aere flat⁹ spirāt. Auster vero
t alii: q: cursu solis impetū faciunt: humidissimi sunt: t
semp imbres afferunt: q: ꝑcalefacti a regionibus ferui
dis aduenientes ex oībus terris labentes humores ar
ripiunt: eosq; ad septētrionales regiones ꝓfundūt: hu
ius rei testimonia possunt esse fluminū capita. q̄ pluma
maxīaq; ad septentrionē leguntur egressa.

XLIIII

De locis et coloꝛibus et generationib⁹ nu
bium. Hieronimus super Isaiam

Nubes aūt dicūt philosophi: nō ampli⁹ decē sta
dia a terra in sublime tolli: et solis splendoꝛes
abscondere. Arestotiles in libro metheoroꝝ
primo. Nubes fiūt in aere tm̄ in locis in quib⁹ virt⁹ ra
diox solis t stellax quax lumen est radians in aere ab
scinditur a frigoꝛe terre t aque: nec perueniꝛ ad ea cali
ditas desursum. ptes nanq; vaporis ascendentis a ter
ra: et aqua: q̄si veniunt ꝓpe sursum. separantur ꝓpter estū
calidū t siccū. Ideoq; in illo supmo aeris nō fiūt nubes
q: vincens sup illud est ignis: qui vaporis ptes separat.
Nec est ipi aeri. s. puro subtili t arido: vbi ipm vapoꝛē
comprehendat et aggregꝛet. Sed in loco aeris inferioꝛi
frigido: p compationē ad ignē aggregatur t inspissat
ꝑcipueq; q̄n est inter montes altos. ꝓfocatur illicq; in
frigidatur et ad naturā suā redit. Idē in li. iii. Vide
mus aūt q̄sq; nubes nigras: q: caliditas vehementer
in eis opans cōstringit eas. s. tanq̄ caloꝛ circūdans frī
gus: et inspissat ptes eax. vnde radios solis n̄ recipiūt
Alba aūt est nebula quādo nō potest in eā solis opatō
vnde remanet nō adusta. Nō enī coartatur in partib⁹
suis: et ideo recipit radios solis. Nubes aūt rubee t il
le q̄ sunt ad viriditatem: sunt inter albas et nigras. Et
opatio quidē caliditatis in nube rubea: plus est in opa
tione sua q̄ in alba. s. ꝟtum ad vstionē: nō ꝟtum ad il
luminationem. Et opatio illa q̄ ad viriditatem: est sup
opationem in nigrā. Ex libro de naturis rex. Scōm
aūt volatū nubiū: que ventis in aere deferuntur: aura
pluuialis aut sicca frigida: vel remissa foꝛe conicitur.
Itaq; si vespe solem in occasu nubes tegant: futuras i
crastino pluuias suspicamur. Si etiā mane solē oziente
nubes obtegat: residuo clarescente: pluuia sperar. aut
a mane vsq; ad meridiem. aut a meridie vsq; ad noctē
poꝛro si ventis contrariis flantib⁹ nubes inter se dispa
riles discoꝛdauerint temp⁹ dubiū expectabis: q: cū q̄s
ventox suis nubibus aliū supauerit. auram illi cedere
repente cognosces.

XLV

De pluuiis. Ex libro de naturis rerum.

Pluuia nichil aliud est q̄ ros mult⁹. Nō enī fit
pluuia nisi ex vapore multo: qui tā infrigidat⁹
est. Cui⁹ causa sunt temp⁹ t loc⁹ frigida. velo
ciꝰ aūt descendit: et in maioꝛi q̄titate q̄ ros. Sūt tra
q; duo coꝛpa ex aere descendentia sibi similia: q: causa
generatōis vtroꝝq; vna. nec diuersificantur nisi mul
titudine tm̄ et paucitate. Nec sunt ros et pluuia. simili
ter nix et pruina. Philosoph⁹. Imber de nubib⁹ de
scendit. Cū enī guttule in maioꝛes guttas cocūt: aeris
ampli⁹ natura nō ferente: ad terras dilabuntur. In oꝛi
entis ptibus raro pluit: sed ibidē supra modū inundat
cū pluuia venerit. Tant⁹ enī ibi caloꝛ est p estum solis
vt paucitas humoꝝ ascendētiū de terra: pueniꝛe n̄ pos
sit ad regionem imbris. sole medio. q: paulatim ascen
dentes eos desiccat. Rozem vero grossum t frugibus
efficacem ibidem esse cōstat. Cū aūt humores in visce
ribus terre coartati diuti⁹: ex abundantia sui tandem
eruperint: caloꝛe solis et aeris siccitate trahentib⁹: tūc
supra modū inundant pluuie: et ꝓto rari⁹: tanto copio
siꝰ. In europa vero tam frequenter cadunt pluuie: vt
ex eis toꝛrentes fluminū instar currant: et hoc maxime
circa montū iuga. In egiptiacis thebis si in estate lar
giores pluuie fundantur: tota regio moꝛ infinitis muri
bus repletur. pluuia seruata cisternis et stabilitate pur
gata: aquaꝝ oīm clarissima est: et sine coꝛruptione diu
tius durat: frigida quoq; nimis est: et potu salubris: vi
scera laxata stringit. Tempoꝛe pluuie maioꝛ ps piscū
impinguatur. vnde t supnare t alludere pluuie videnꝰ
cadenti. Seneca li. vii. Ego aūt tam diligens vinea
rum fossoꝛ: affinito nullā pluuiā esse tam magnā: q̄ ter
ram vltra decem pedes in altum madefaciat. Omnis

humor intra primā crustā consumitur. XLVI.

De diuersis pluuiarum causis. Hieronimus super amos.

QUi vocat inquit aquas maris & effūdit eas super faciē terre.i.aḡs maris amarissimas ethereo calore suspensas excolat & eliquat in dulcē pluuiaꝝ saporē. hinc discim? q̄ inde nate sunt pluuie Isidor? vbi supra. Pluuie dicuntur quasi fluuie: eo q̄ fluant:nascuntur enī de terre & maris anhelitu: que cū altr? eleuate fuerint:aut solis calore resolute: aut vi ventor? compresse:stillantur in terris:dicuntur & imbres eo q̄ imbriant terrā ad germinandū. Ex his enī cūcta creantur. Nimb? aūt dicitur densitas nubis intemperiosta et obscura. et nimbi a nube. Sunt enī repentine et p̄cipites pluuie. Guilberm? de conchis. Pluuiaꝝ ergo diuerse cause. Aliquādo namq; spissus & humid? ex terra & aqua euaporat fum?. hic dū ascendit minutissime gutte se inuoluūt: que grossiores facte & graues cadunt:fitq; pluuia. Aliq̄n aer ex frigiditate terre et aq̄ spissatur transitq; in aquā substantiaꝝ:que spissitudie sua nostris oculis tangitur:et hanc nubē vocam?. Cuꝝ aūt radii solis hanc tangunt acumine suo illā penetrāt premq; a pte sepant:que ab aliis separate: naturali gravedine cadunt:fitq; pluuia. Contingit aliquādo solem ad nutrimentū sui humorē attrahere:qō aūt liquidius est:in igneā trāsformatur substantiā. Sed qō grauius est:deorsum cadit. vnde post acutissimū feruorē videm? contingere pluuie fusiones. Quarta causa pluuiaꝝ est vent? eleuans humorē de fluuiis:stagnis:lacub?. Inde est q̄ rannncule & pisces cū pluuia sepe visi sunt cadere Cū enī. vt p̄dictum?. aqua vento subleuat: contingit q̄ rannunculas & pisces secū eleuat:quib? ex naturali gravitate descendentib? stupent videntes. Nullū igit̄ tempus anni immune est a pluuia. In oīm namq; vel fum? euaporat humid?:vel aer ex frigiditate spissatur:vl' humor ad nutrimentū solis attrahitur:vel vento eleuatur hec pluuia q̄nq; plus solito spissata: et ex nimio calore intensa:fit ad modū sanguis rubea & spissa. vñ estimauerūt quidā quādoq; pluuisse sanguinē. XLVII.

De natura aq̄ pluuialis. Ex imagie mundi

LIcet aūt pluuia de aḡs amaris hausta sit:igne tñ solis in aere decocta dulcescit:humoq; infusa dulcē saporē reddit. Constantin? in pante gni li.v. Pluuia est fum? aquaꝝ a sole tractaꝝ. Solis aūt natura:nō nisi qō subtilissimū est trahit. vnde aqua pluuie putredini ꝓpinquissima est. qō ex sui subtilitate contingit. Melior tñ est aquis ceteris & digestibilior. Sed cū putrescit raucitatē vocis generat & febres. Bonaq; ex putredine nō est vitupanda:ſz ex subtilitate laudanda. Nā oīmis aqua cito putrescens: & ad corruptionem cito ꝓpinquās:subtilis est. Rursus aqua pluuial' que ex aqua tenuissima ꝓficitur:melior esse videt:subtilitatem enī fumi significat:vnde oritur post hanc illa q̄ contrario cadit. Contrario enī motu suo fumū in nebulaꝝ subtiliat:vnde & aque pluuiales meliorantur. hec frigida vel calida bibitur Isaac in dictis. Omnibus aquis pluuialis electior est:que vicinis ab aeris ceciderit summitate. Abunda tamē si fuerit ab oīmi putredine. & ponatur in aqua cisterne optime lote. Talis enī aqua minus ceteris est humida:et quidā stipticitatis habet: nec nocet stomacho. ſz post ipm ꝓfortat. Auicenna li.i. Ex aquis ergo laudabilib? sunt aque pluuiales: et ille p̄cipue q̄ in estate eueniunt:et ex nubib? cū quibus assunt tonitrua. Turbidatio aūt vaporis vnde generātur venti maxime cū nubib? venientes:turbidat nubes ex quib? puenit pluuia. Ideoq; substantia ei? salsa est & nō pura. Sed & aque pluuiali cito aduenit putredo; licet ceteris aquis sit melior:eo q̄ valde subtilis est. et in ipa terren? & aere? humor corrumpēs cito operatur fitq; putredo ei? causa cōputrescendi humores:& impedit pect? & vocē. Quidaꝝ aūt dixerunt cām hui? esse q̄ aqua pluuie generatur ex vapore qui ex humiditatib? diuersis sublimatur. Sed si hec causa esset:aqua pluuie vitupabilis esset & nō laudabilis. Nō aūt sic est. immo hoc accidit. vt dictū est. ꝓpter substantie sue subtilitatē q̄ oīmis subtilis substātia plus recipit passionē:q̄ si aq̄ pluuialis ebullierit:putrefactōis ei? receptio minuetur Acetosa quoq; si comedātur. quādo necesse est vti aq̄ pluuiali:opponūtur putrefactōi:et ei? impedimentū repellunt. Arestoriles in.ii.li.metheoꝝ. Videtur aūt q̄ etiā in pluuiis sit quidā salsuꝝ. Cū enī vapor calid? & sicc? p̄miscetur frigido & humido ex quo fiūt nubes & pluuie:facit eā salsam Aristian? ad cosdroe. Habet aūt imbrea aqua etiā lutū: eo q̄ terrenū subleuatur mixtum cū humidioꝝ vaporib?. Nō oīmis aūt ex aqua contenti meat? est imber. Sed qui p̄ motionē vaporis in nubem ꝓstrut? est. Sepe enī venti violentior tempestas & turbo:humidū ex flumināb?. vel stagnis. vel mari rapiens in altū subleuat:deinde in terrā mittit:ꝓpter hoc apparuerunt cū pluuia aliquādo rane & pisces voluti sursum alicubi nascentes descendere. Sepe quoq; gutte sanguinee et pici similes fiunt ex igneo cōmixto nubibus:simulq; terreno sꝛpheto.i.ex ventis collecto fumo. hec itaq; oīa violenter et ꝓtra naturā sursuꝝ cōpulsa. naturali meatu fluūt vtꝝ deorsū. XLVIII.

De grandine et eius forma et proprietate Ex imagine mundi.

HIlle aūt pluuie ventis et frigore cōstricte: in aere ꝓglatiantur vel conglobātur. coagulāturq;.atq; in lapides grandinis mutantur. Isidorus vbi supra. Grando dicitur ideo:eo q̄ forma eius granoꝝ habet similitudinē. hoc aūt ventor? rigore durat et solidatur:ruptoq; aere soluitur. Plin? li.ii. Grando congelatio imbre gignitur interdiu sepius q̄ noctu cadit et multo celeri? q̄ nix resoluitur Guilbermus de conchis. Cū enī humor modo p̄dicto eleuef:cōtingit aerem in superioꝝ esse frigidū et siccuꝝ: qui gutas aque sua frigiditate congelans. in lapideā cōuertit substantiā. Ex q̄ gutte aque rotunde fūt: qō p̄ formina rotunda q̄ in lapides agūt assiduitate cadendi pbari potest:grando fit rotunda. Ex libro de naturis rerum. Grando fit ex pluuie stillis ventis ac frigore superioris aeris congeliatis. Et coep? sphericū habet ꝓpter circūitionem volubilitatis. Cui? materiā.i.stillas pluuie si condensatā fuderit aer: multe gutte conglobātur in vnū lapidē:et tunc excedit grando solitā quātitatem fitq; tempestas. Unde legitur in cronicis: grandines aliquotiens tante magnitudinis ceciderisse: vt etiā bestias et homines extra tecta positos ꝓtriuerint. Grādo turbida magis est: q̄ in terra glacies congelata: q̄ minime gutte primit? coagulate paulatim adiciturꝝ descendendo. Sicq; de multis pribus fit: qō nō glacies q̄ et aqua ꝓtinua tanq̄ materia p̄ gelu concrescit. Grando multo infrigidat aerez. vnde quandocūq; in vere & autumno ceciderit:periculū imminet pestis . Et frugib? dire gelideq; pruine:nisi imediate post grandinez sol calidior aerem terrāq; lustrauerit. porro si circa solsticiū estiuale ceciderit:signum est in superioris aeris regione frig? esse pmaximū. Et nisi pars aeris inferior:solis radiis calefacta grandinem descēdentem liquefaceret:ad immensam ei? gratitatem moles faceret monstruosas. Benecā de naturalib? questionib? possidon? dicit: eo modo grandinē fieri quo glaciem:gelata. s. nube tota. Rotunda est aūt:q̄ omne stillicidiū rotundat:glomerando: q̄ in speculis quoq; apparet:qui humorem haltru colligunt:et in poculis sparsisq; foliis adherentes gutte i rotundū iacent. Preterea potest etiā grādo si talis nō fuerit descendendo rotundari: totiensq; p̄ aeris spacium

denſi deuoluta in orbem teri. Grando aũt nichil aliud eſt: q̃ ſuſpenſa glacies.. XLIX.

Vbi et ex quo generetur grando. Areſtotiles vbi ſupza.

Grando fit in nubib⁹ a terra longinquis. Cuius generatõis cauſa caliditas eſt: que eſt in vapore aſcendẽte a terra. vnde fit in ptibus calidis z ptibus calidis: plus q̃ frigidis. Calor enĩ eſt ꝓtrius frigori: quare recipit frig⁹ ad interioza nubis ex multitudine caliditatis aeris in illa hora: gelatqz qõ in ea eſt de aqua: z ſepat eaz in grandinẽ. In ptibus vero frigidis ſparſum eſt frig⁹ in aere toto: z nõ in ꝓpietate nubis. Nec eſt ibi caliditas q̃ poſſit ei eſſe cõtraria: ꝓpter quã ꝓtrahitur ad interioza: grando quidez rotunda et pua: deſcendit ex locis in alto ſupmis. Eiuſqz rotunditas z puitas ſunt: qz dũ ex longinquo deſcendit: moꝛat in aere diu. ewſqz aqua reſoluit cũ ſpacio ex caliditate aeris in illo tpe: et ob hoc minozatur z rotundat. Grandini vero deſcendẽti ex locis terre ꝓpinquis accidit cõtrariũ: eo q̃ nõ elongatur exitus ei⁹ a fimb⁹ eius fixis Ideoqz nõ reſoluta ꝓuenit ad terrã magna in menſura nec valde rotũda. Gutte etiã magne fiunt: z velociter deſcendunt in dieb⁹ calidis: ꝓpter velocitatẽ ꝓstrictõis frigoris: qz calor accidens in aere vehemẽter fugat frigus nubis, z ꝓtrahitur ac vehemẽter comꝓimit. dico ergo q̃ quãdo eſt in aere calor: velocioz eſt aque congelatio: cuius indiciũ eſt: q̃ qñ calefit aqua: deinde fundit i locis frigidis: velocioz eſt ad frig⁹ ſuũ: qz tunc magis eſt apparens ſue virtuti: et vehementi⁹ ad opationẽ ſuã q̃ qñ nõ eſt illic eius contrariũ. ſ. calor: piscatozes quoqz qñ volunt harundinẽ ꝛgelare: vt velocioz ſit ad mersionẽ in aqua: fundunt ſup eã aquã calidam: deinde ponunt eã in loco frigido: ſtatimqz ſup eã glacies congelatur ꝓpter apparitionẽ frigoris z vehementiã opatõis ei⁹: ꝓpter contrarietatẽ ex calore. L.

De niue. Ex imagine mundi.

Ner aũt aquaz vapoꝛe nec dũ denſato i guttas ſed gelu ꝓcipiente formatur: que in alto mari ñ cadit. Seneca vbi ſupza. Nix i pruina eſt pẽdens congelatio. Nix aũt nõ poteſt rotundari. vt grando: qz nõ cadit tam ſolida: ſed fuſa. Nec p magnã altitudinem cadit: ſed circa terrã ei⁹ imtuz eſt. et e primo lapſus. Odin⁹ aũt algere pedes coꝛ aiunt. qui fruaz et durã niuẽ calcant: q̃ coꝛ qui tenerã z labefactã Guilberm⁹ de conchis. In ſummitate quorundã montiũ ꝓpter aeris ſubtilitatẽ ꝓpetue ſunt niues: qz ignea non ſunt calida: niſi vicina ſint alicui materie ſpiſſe z humide. vnde ſol in cõuallib⁹ montiũ vbi aer ſpiſſioz eſt maioꝛẽ calorẽ exercet. Ex li. de naturis rez. Nix ẽ aquarum vapoꝛe nec dũ denſato in guttas: ſed gelu ꝓpedie te formata. nec tñ trãſlucet vt glacies: qñ ex puiſſimis z innumeris minutiſ fit. que nõ coherent. preferuntqz candoꝛem. Niuem ꝓbantur habere montes illi q̃ orbis dimita faciũ: vt caucaſus in india: athlas in andria et cereri. Olimp⁹ aũt non habet ſicut nec ventos nec pluuias: qz excedit omniũ regioniz humoꝛes. Niues p totum annũ ſeruari poſſunt ſub terra paleis coopte. In oriente quidẽ ſeruãtur ad miſcendũ vinũ in eſtate calda. vel ad aerem infrigidanduz circa infirmos. infrigidat enĩ valde. Et notandũ q̃ membza fricata niue: z ſi ad hoꝛã quaſi frigus intolerabile faciãt. poſtea tñ p ſe caloꝛe moderatiſſimo refouent: qz calor naturalis i hoꝛe accidentali frigoꝛi reluctatur. LI.

De niuis cauſa vel origine. Areſto. vbi ſ

Generatio niuis ex frigoꝛe fit in nubib⁹. et eius ſignificatio mollicies eſt: que ꝓuenit ex ꝓte caliditatis admixte vaporib⁹ ꝓhibentis ꝓtes ipſius vaporis inſpiſſari z vehemẽter aggregari. Hõbs Cauſa generatõis pruine z niuis ẽ vna: nec diuerſificãtur niſi multitudine rantuz z paucitate: ſicut ros z pluuia. Itaqz generatio niuis z pruine eſt ex frigoꝛe: quia nix eſt ex nubib⁹ frigoꝛe congelatis. vt ſupza dictũ eſt Et pruina fit ex vapoꝛe congelato in aere. Et huius ſignificatio eſt mollicies niuis: z duricies pruine: qz mollicies niuis. vt dictũ eſt. fit ex ꝓte caliditatis admixte vaporibus: que faciũt nubes. ꝓhibentis ꝓtes illi⁹ vaporis inſpiſſari ac vehementer aggregari. Duricies vero pruine fit ex frigoꝛe: locis z tpib⁹ in quib⁹ nõ eſt ex caliditate ps: qua ꝓhibeatur aggregari vapoꝛ: qz ꝓtes frigoris: ꝓtes ipius vaporis aggregãt: et eas cõtrahunt. Olimp⁹ li. xi. Grando cõgelato imbꝛe gignitur. z nix eodẽ humoꝛe molli⁹ coacto: p hyemẽ aũt niues cadunt nõ grandines: nec in alto mari cadũt niues. LII.

De tpibus niuis et grandinis Seneca de naturalibus queſtionib⁹ li. iij.

Queritur cur hyeme ningat nõ grandinet. vere aũt tã infracto frigoꝛe grando cadat. hyeme q̃dem aer riget: et ideo nondũ in aquã vergit: ſz in niueꝫ cui ꝓpioꝛ eſt aer. Cũ aũt ver cepit: maioꝛ inclinatio tpis ſequitur. et calidioꝛi celo maioza fiunt ſtillicidia: nimbiqz graues: magis vaſtiqz q̃ ptinaces deferũtur ob mutationẽ aeris vndiqz patefacti: et ſoluentis ſe ipo adiuuante tpe. pruina vero lentat habet pluuias et tenues: quales interuenire ſolẽt cũ pluuia rara z minuta. Niuem quoqz habet admixtã. ꝓterea flante aquilone aut celũ ſuũ habente minime pluuie ſunt. Auſtro vero imbꝛe impꝛobioꝛ eſt z gutte plenioꝛes. Guilbermus de conchis. Humoꝛ in eſtate caloꝛe ſolis altꝰ elevatur. Sed dũ ſic eleuatur: gutte inuoluuntur: q̃ groſſioꝛes facte atqz congelate grandinem gignũt. In hyeme vero qz frig⁹ circa terram eſt: gutte aque anteq̃ groſſe ſint: ex frigiditate tpis conſtringũtur z in niuẽ mutant Sed fortaſſe dicis cũ eſtas ſit calida. vnde in ſupioꝛib⁹ ptibus aeris que ſoli ſunt ꝓpinquioꝛes contingit frigiditas. Dicunt quidã niues que ſunt in altiſſimis montibus: caloꝛe eſtatis remitti. atqz inde frigidũ ſpiritum qui p ſupioza diſcurrit creari. Nix enĩ alic̃ rulũ i aquã cõuerſa: plus infrigidat: q̃ dum eſt ſolida. qõ calcando vtrãqz poteris ꝓbare. Sed fortaſſe dicis: et vnde in ſummis montib⁹ qui ꝓxim ſunt ſoli eſt tanta frigiditas: q̃ ibi ſunt niues ꝓpetue. In conuallibus aũt eſt caloꝛ ſine niue. Reſpondeo diuerſe ſunt cauſe. Una eſt: Ignis ñ poteſt accendi niſi in humido z ſpiſſo. Sed aer q̃to eſt ſupioꝛ: tanto ſubtilioꝛ: et quãto inferioꝛ: tanto groſſioꝛ ſpiſſioꝛqz. Itẽ cũ radii ſolis tangunt vallem: et nõ ſic alta montiũ: reſiliunt radii: et reſilendo ſeſe ꝓcutiunt: ex quo conflictu generatur caloꝛ. Item omnis evaporatio q̃to eſt ſue origini ꝓpinquioꝛ; tãto eſt calidioꝛ. hiſ q̃ cõcurrentib⁹: aer qui eſt ꝓpinquioꝛ terre: eſt calidioꝛ. q̃ vero ab ea remotꝰ eſt minꝰ calidꝰ. LIII.

De natura aque niualis Iſaac in dietis.

Ner frigidioꝛ eſt aqua et minꝰ humida: qz nõ eſt aliud q̃ aqua: ꝓ nimia frigiditate cõgelata: vnde humiditas ei⁹ occultatur. Siccitas aũt ipi⁹ pala eſt: vnde dẽtibus neruis coꝛpis nocet et dentib⁹: maximeqz ſemb⁹ generat ſpaſmũ z paliſim. pueris aũt z iuuenib⁹ nõ cito talia euenũt: ꝓpter naturalẽ calozem frigiditati aque repugnantẽ: ſi tñ aſſueſcant: nocet. ꝓcipueqz nerui coꝛ incidũt in paſſionẽ de qua non poſſunt euadere. Auicẽna in ſecundo canone dicit: q aqua niuis ſedat doloꝛẽ dentiũ calidũ. Nocet autez neruis: qz coartat vapoꝛes calidos currentes in eis: et retinet eos ne reſoluant Nocet etiã ſtomacho et ꝓprie frigido. Nocet iterum ſenſibus: et eis quib⁹ humoꝛes frigidi generantur: facit aũt qñqz ſitim: eo q̃ caliditatẽ adiuuat Conſtantin⁹ in pantegni quinta ꝓte. Aqua

pluuialis cū niue frigefcit.naturaliter refrigerat ſtomachum ⁊ epar:ſicut de fontanis.ieiunus tñ nō bibat:qz ſtomachū pcutit rigor ei⁹:et contractōnez facit:pectori nocet:qz tuſſim facit.dentib⁹ nō ꝓgruit:nec neruis:nec cerebro:qz membra hec frigida ſunt. Latarz quoqz facit:pectorib⁹ ſanguinē ſcrantib⁹:etiā ſi ceſſauerit:morbus reducitur. Aquā frigidā cū niue ſi quis poſt cibuz biberit:bonū appetitū facit:ſtomachū ꝓfortat: vt bene digerat.nō tñ ſubito bibenda eſt:ſed paulatim ſorbēda Itaqz nix ⁊ glacies ſi de bona ſit aqua laudabilis eſt. Sed illa melior q̄ ſupra petrā cadit: ⁊ mundā terram. Cadens enī ſup montaſinos montes:et terras ſapidas vel feretes oīnib⁹ modis cauenda eſt. ¶ LIIII.

¶ De choruſcatōne. ¶ Ariſtotiles vbi ſupra libro tercio.

Chozuſcationē diterunt eſſe ſapientes in concauitate nubiū. Quoz vn⁹ empedocles dixit. q̄ chozuſcatio eſt ignis occultat⁹ in nubib⁹ ex radio ſolis:deinde ꝛapparens. Anaxagoras autem ait.q̄ ignis in nubē aſcendens occultat⁹ ibi:apparet deinde. Et ei⁹ apparitio eſt chozuſcatio.qui q̄ extinguit in nubibus. vox illi⁹ extinctōis eſt tonitruū. Ego aūt dico:q̄ res iſte nō ſunt niſi ex vapore.cū ei vapoz humid⁹ aſcēdens pueniat ad locū frigidū.i.ad mediū aeris:inſpiſſāt ⁊ aggregant ꝓtes ei⁹.et inde ſunt pluuia.⁊ nix.⁊ grādo.⁊ caligo.ꝑm modū diuerſitatū inſpiſſatōis ⁊ aggregationis ei⁹:⁊ loci ipi⁹ ⁊ eius qō ei accidit.i.frigoris. Cū aūt inſpiſſatur iſte vapoz humid⁹:comprimit qō in ipo eſt ex vapore calido ⁊ ſicco aſcendente cū eo ex terra. Comprimit inq̄ in nube ꝓpter frig⁹:⁊ phibet apparere. Itaqz agitatur in ventre nubis:⁊ pcutit nubē humidā ⁊ ſcindit eā.qua ex pcuſſione vox exiens q̄ſi ſciſſura magna tonitrus eſt. Sicut q̄ſi in ligno humido inflamatur ignis.auditur ex eo vox ꝓpter illud qō eſt in eo de vapore compſſo. Chozuſcatōis aūt eſſe:eſt ex ventū calidis ⁊ ſiccis compſſis in nubib⁹:q̄m inflamāt eas in flamatione vehementi et adurūt. earūqz humiditates pertranſeunt. Auditur ergo ibi vox:ſicut ſtridor ferri igniti ſubmerſi i aqua:⁊ illa vox tonitruū eſt.ignis aūt egrediens ex ea chozuſcatio eſt. Chozuſcatōis quidem ſplendor ante tonitrz puenit ad nos ꝓpter ſubtilitatē ſuam:ſicut ⁊ viſus auditū excellit ꝓpter eandem cauſam Fit aūt tonitr⁹ etiā extinctione ignis in ventre nubis. Dico ergo q̄ vapor qui eſt materia venti; q̄ſi apparet extra terrā: vent⁹ eſt. Et q̄ſi occultat in terra:terre motus ex eo eſt. Quando aūt in nube coartatur ex eo tonitrus eſt. Quando vero nubes aggregātur ⁊ inſpiſſat humiditas q̄ eſt in eis:eſt tonitr⁹ ⁊ chozuſcatio. Quando aūt vent⁹ ex nubib⁹ apparet paulatim.⁊ eſt habens ſubtilitatem in partib⁹ ſuis. Nō fit ex eo tonitrus nec chozuſcatio. ¶ LV.

¶ De tonitruo. Iſidorus.xiij.li.

Tonitrus dicitur:eo q̄ ſon⁹ ei⁹ terreat.ton⁹ eiz eſt ſon⁹. Nā cū pcella venti vehemētiſſimi nubibus ſe repente immerſerit: turbine inualeſcēte ⁊ exitū quērentē.nubē quā excauauit:magno impetu diſcindit.ac ſiccū horrendo fragore defertur ad aures. qō mirari quis nō debeat;cū veſicula q̄uis parua magnum tū ſonitū diſploſa emittit. ¶ Plinius vbi ſupra. Tonitrua ſunt impactoz igniū plage:cū flatus aut vapor in nube luctatur. Seneca de naturalib⁹ queſtionibus poſſidon⁹ ait: q̄ terra terremiſqz oīnibus ꝑs humida effiatur:ꝑs ſicca ⁊ fumida fulminib⁹ alimentū eſt illa imbrib⁹. Quidquid enī in aera ſicci fumoſiqz puenit.id includi ſe nubib⁹ nō fert:ſed rumpit claudentia. Inde ſon⁹ eſt quē nos tonitruū vocam⁹.naz ⁊ ignis in aquā demiſſus ſonat:dū extinguitur. Idē in eodem. Tonitrua nichil aliud ſunt:q̄ citi aeris ſonit⁹.dum aut terit;aut rumpitur Nā ⁊ ſi miſſus ignis in aquā ſonat dū extinguitur. Nō ignis ipe tunc ſonū efficit: ſed ſpiritus p extinguentia effugiens. Quidā enī eſtimāt cū ſpūm p frigida humidaqz meantē ſonū facere: ſicut in aqua feruens maſſa extinguitur cū murmure. Anaximenes ſic ait. Tonitrua ſpūs incidens nubibus edit. Et dū luctatur p obſtantia atqz interclſa euadere: ipa ignem fuga accendit. Anaximandr⁹ aūt ad ſpūm oīnia retulit. Tonitrua inquit ſunt icte nubiū ſoni: quare ⁊ ſereno tonat: qz tunc.ſ.p craſſum ⁊ ſciſſum aera ſpiritus proſilit. ¶ LVI.

¶ De ſpecieb⁹ tonitrui.

Diogenes ait.tonitrua quedā igne:quedā ſpiritu fieri. Illa facit ignis:que ipe antecedit ⁊ nō ciat. Illa vero ſpūs:que ſine ſplendore crepuerint.vtrūqz quidē ſine altero effici aliqn̄ concedo. videtur aūt q̄ n̄ illius diſcreta poteſtas ſit.ſi vtrūqz ab vtro qz effici poſſit. Quis enī negabit ſpūm impetu magno latū:cū efficiat ſonū;effectuz ⁊ igne. Quis nō ꝓcedet ⁊ hoc:ignem aliqn̄ poſſe nubes irrūpere: ⁊ non exilire. Et pluriū acerno nubiū;cū paucas peciſſet oppreſſus eſt. Igitur ignis ibit in ſpūm:pdet ⁊ frigorem: et ſpūs in ignem dū ſortita incendit. Neceſſe quoqz eſt: vt impetus fulminis pmittat ſpūs:agatqz ante ſe:⁊ a tergo trahat ventū:cū tamen vaſto ictu aera incident Itaqz oīnia anteq̄ feriantur intremiſcunt vibrata vento: quē ignis ante pmiſit. Tonitrua ſic diſtinxere quidā: vt diceret vnū eſſe gen⁹ cui⁹ graue ſit murmur:quale terrarum motū antecedit;clauſo vento ⁊ fremente. Cū enim ſpūm intra ſe clauſere nubes: in ꝺcauis earz pribus volutat⁹ eſt:ſimilemqz agit mugitib⁹ ſonū raucū ⁊ eqlem ⁊ continuū. Aliud eſt gen⁹ acre ⁊ acerbū: qualis ſonus auditur:cū ſup alicui⁹ caput veſica diſrumpitur Talia eduntur tonitrua;cū nubes ꝺglobata diſſoluitur;⁊ quo fuerat intenta ſpūm emittit. hic ꝓprie fragor dicit ſubitus ⁊ vehemens quo edito ꝺcidunt boues ⁊ examinantur. Quidā aūt vtriqz ſtupent ⁊ attoniti fiūt Quoz mētem ſon⁹ ille celeſtis loco pepulit. Ex hoc illo quoqz nō fieri poteſt:vt aer caua nube inclusus; ⁊ ipo motu exte nuatus diffūdatur. Deinde dū maiozē locū ſibi querit a quib⁹ inuolut⁹ eſt:ſonū patitur. Nā quemadmodū inter ſe man⁹ illiſe plauſum edunt. Sic illiſaz inter ſe nubiū ſon⁹ ꝑt eſſe magn⁹;qz magna ꝺcurrunt. ¶ LVII.

¶ Qz nō fit tonitr⁹ ex qualibet colliſione.

Tu videm⁹ inquis nubes montib⁹ impungi: nec tñ ſonū fieri. Sed primū quidem nō quocunqz modo illiſe ſonant. Imo cū apte ad ſonuz edendum compoſite ſunt. Nā ⁊ auerſas man⁹ inter ſe ſi collidas:nō plaudent. Sed palma cū palma collata.pluriumqz intereſt vtz caue concutiātur: an plane ⁊ crebre. Deinde nō tñ ire nubes oportet: ſed agi magna vi ⁊ pcelloſa. Adhuc nunc:q̄ mot⁹ nubem nō findit:ſz digerit.⁊ primā quanqz ei⁹ ꝑtem ſoluit. Sed nec veſica q̄dem ſcrear:quocūqz modo ſpūm emiſerit. qz ſi ferro diuiſa eſt.ſine ſono vllo ſpirit⁹ exit.vt igitur ſonet:oportet illā rumpi:nō ſecari. Similiter ⁊ nubes niſi multo diſſiluerint impetu:nō reſonant. Adhuc etiā q̄ nubes in montem acte nō franguntur;ſed circūfunduntur. Et i aliquas ꝑtes montis deducte: ſi quem habent ſpiritum multipliciā emittunt:qui niſi vniuerſus eruperit: non crepat. Lato enī ictu totūqz globū ſemel diſſipante:op⁹ eſt vt ſon⁹ erumpat:qualis auditur cū tonat. ꝓter hoc natura apt⁹ eſt aer ad voces. Cū vox nichil aliud ſit q̄ ictus aer:debent ergo nubes vtrimqz uiſeri ⁊ caue ⁊ intente. Nā ⁊ verba vocaliora ſunt vacua q̄ plena: et intenta q̄ remiſſa. Item tympana ⁊ cimbala ſonant; q̄m illa q̄dem repugnātem ex vlteriore ꝑte ſpūm pulſant. hec et illa nō niſi cauo aere tinniunt ¶ LVIII.

Qz etiam ſine nube videtur fieri poſſe.

Quidam inter quos asclepiodorus est:quorūdā quoqz corporuz cōcursu fieri tonitrum.et excuti fulmina posse iudicant. Ethna siquidez ali quando multo igne abundauit.et ingentem arene vsteq; copiam inde effudit. Inuolutus est dies pulueré pluresq; subita nox terruit illo tempe. Aiunt autem tunc plurima fuisse fulmina et tonitrua que corporuz aridorum concursu sunt facta non nubium.quas verisimile est in tanto aeris feruore nullas fuisse. Cambises exercitum ad hāmonem misit:quem arena austro mota:in modum nimis incidēs texit. Deinde obruit. Tūc q̄z verisimile ē tonitrum fulminaq; fuisse attritu sese affricantis arene Non repugnat ppolito nostro hec opinio.dixim⁹ enim vtriusq; natura corpa efflare terras: Et sicci aliquid z humidi in toto aere vagari. Itaq; si quid tale tūc intercesserit:nubem solidiorem et crassiorem fecit. q̄ si tantum simplici spiritu texeretur. Illa frangi possunt et edere sonum. Ita:que dixi:sine incendiis vaporātibus aera repleuerunt siue terras vrentibus:necesse est q̄ nubes faciant anteq̄ sonum. Nubem vero tam aridā q̄ humida efficiunt. Est enī nubes aeris crassi spissitudo. LIX

De fulmine. Isidorus.

Cum tonitruo autem simul et fulgura exprimuntur. Sed illud celerius videtur quia claruz est hoc autem ad aures tardius pueniat ad instar securis arborem peuel cedentis.cuius quidem ante cernis ictum: q̄ ad aures sonitus pueniat fulgur ergo et fulmen est ictus celesti iaculi a feriendo dicti:fulgurare est ferire .fulmina autem collisa nubila faciunt . Nam omnium rerum collisio ignem creat.vt in lapidibus cernimus vl̄ in attritu rotaz. Similiter z ignis in nubib⁹ fit:ex vento aūt et igne fulmia fiunt.et impulsu ventoz emittuntur. Tria sunt ergo ei⁹ vocabula:dicitur enim fulgur quia tangit. Fulgor quia incendit et vrit. Fulmen quia findit. Seneca de naturalibus questionibus libro.v. Celidonius ait fulgurationem esse speciez inanem non ignē. Heraclitus existimat esse fulguratōez velut apud nos incipiētium ignium conatus. Et pmaz flamā victam.modo intercūtem.modo resurgentem.et ego vt breuiter dicam quod sentio.dico ergo q̄ fulmen est fulgur incensum. Calida enīz fumidaq; terris emissa cum in nubes incadunt.in carū sinu diu inuoluta nonnisme erumpunt. Et quando vires non habēt splēdor est. At vbi fulgura plᵒ habuerit materie.z maiore impetu arserint non tantum apparent sed decidunt:vbicūq; autem fulmen decideri.ibi esse odorem sulphuris certum est.qui quia natura grauis est.sepius haustus alienat. Sed quare fulmen subito apparet nec continuatur ignis.quia celer ignis vndiq; mot⁹.simul et nubes rūpit.et aera incendit. deinde flama desinit motu quiescēte. Et cadē etiā causa modo ad terrā pfertur:modo dissoluit si minor impūlsus est materie.alias si minore impulsus est impetu. quotiēs enī ipa iactatōe fort⁹ se accendit:fugiēdi impetū capit. deinde cū euasit:z pugna desinit. Cur aūt oblique fertur:q; spiritu constat:spūs enī obliqu⁹ est. Et q; natura ignē sursuz vocat: iniuria deorsum pmit. Incipit aūt obliquū esse iter duz neutra vis alteri cedit. Et ignis in superiora nititur:z in inferiora depmitur. Et quare sepi⁹ cacumina montiū feriūtur q; ignib⁹ opposita sunt e celo cadentib⁹ ppter hoc trā seundum est. Serenū aūt temp⁹ sine fulmine est.nec habet ustos mer⁹ dies pur⁹:nec nox quidē nisi obscura nubibus. Quid ergo nam q̄nq; apparentib⁹ etiā stellis i nocte tranquilla fulgurat. Sed scias illic esse nubes vīq; splendor effertur:quas a nobis videri terraz rumor nō sinit:fieri ergo p̄t vt humiles nubes attritu suo ignem reddant:qui in superiora expressus in parte celi sincera videtur. LX.

Cur nō tonet ac fulmīet in quolibet anni tpe

Cum aūt in oīm tpe anni fum⁹ humid⁹ ascēdat quare nō in oīm ptingunt fulmina z tonitrua. Ad hoc respōdeo z si humido fumo ascendēte habent fieri:nō tū inde fiunt donec ad summū aeris p uenerint. Qō p simile maris potest pbari. Cū enī mare ex fumo terre ascendente in summo cōmouetur:spissitudine tū sua nō potest huc z illuc impelli:sed cum vsq; ad summū motio illa puenerit:huc z illuc vnda impellitur fitq; tempestas. Qō vero a fundo maris tempestas incipit:ex hoc potest pbari:q̄ focas vndas agitātes ante tempestatē videm⁹. vt enī aut plum⁹:sunt nature dormitorie:fumo tū. vt pdixim⁹. fundo maris cōmouente excitate ad summū ascendunt. Qō videntes naute expimento certi. Et si delphico incerti.tempestatē futuram pdicunt:quippe iā incepit in fundo maris. Simile contingit in aere:dū enī fum⁹ supiores ptes aeris obtinet p spissitudinē suā huc z illuc ex ei⁹ abilitate illuz impellit:funtq; tonitrua z fulmina. In hyeme vero z ī vere z si spissus sit:nō est tū tant⁹ calor: q̄ spissus fum⁹ possit vsq; ad summū erigi. Remanens ergo in inferiore pte aeris:ventos z pluuias gignit. In estate cui⁹ est maximus feruor vsq; ad summū eleuatur: fitq; ptium aeris diuersa cōcursio vel concussio vnde fulmina z tonitrua contingūt. In autumno vero qui frigid⁹ est et siccus. Neq; humor est qui eleuet : neq; calor qui eleuet

LXI.

De diuersis specieb⁹ fulminis. Plinius secundo libro.

Fulminum genera plura tradunt que sicca veniunt nō adurunt sed dissipāt:que humida veniunt:nō adurunt sed infuscāt. Tertiuz est qō claz vocāt mirifice nature:quo dolia exhauriuntur intactis opimentis:nulloq; alio vestigio relicto. Saccul' nullomō ambustis auz z es liquatur intus. fulgur aūt prius cernit:q̄ tonitz audiri: cū simul fiāt nō est miruz q; lux sonitu velocior est Seneca li. vi. naturaliū questionum. Fulminū genera tria sunt:qō terebrat: qō dissipat:qō vrit Qō terebrat subtile est z flameū cui p angustissimū fuga est:ob sinceraz z purā flame tenuitatem Qō dissipat conglobatū est z habet admixtā vīz coacti z pcelloſi spirit⁹. Illud utraq; fulmen p id fozamē p qō ingressum est:z redit z euadit. Et hui⁹ late sparsa vis rumpit icta:nō pfozat. Qō aūt vrit multū terrem habz z igneū magis est q̄ flameū .ac magnas ignium notas relinquit:que peussi inhereant. Nullū quidē sine igne fulmen venit. Sed ppie tū hoc igneū dicim⁹: qō arbori imprimit manifesta vestigia. Et aut fuscat.aut vrit. Urit quidē trib⁹ modis. Aut enī afflat:z leui queq; in iuria ledit. Aut cōburit:aut incendit. hec oīa genere z modo differunt. Qōcunq; combustū est vtiq; z vstū est:sed nō cōuertitur.potest aūt esse cōbustum nō accensum et ecōtra. Illud autē gen⁹ quo icta fuscantur:decolorat aut colorat. Decoloratur id cui⁹ color vicīat:non mutatur. Coloratur aūt id cui⁹ facies alia fit q̄ fuit:vt cerulea vel nigra vel pallida LXII.

De miraculis opationum fulminis.

Etez mira fulminis si intueri velis sunt opa: hui⁹ enī quadā subtili potētia loculis integris z illesis:conflatur argentum:manente vagina gladi⁹ liquescit. Et inuiolato ligno.circa pila ferz oīe distillat:fracto quoqz dolio vinū stat:nec vltra triduz ille pdurat rigor. Illud eque inter adnotanda ponēduz Q, et boim z aialiuz que icta sunt:caput ad exitus fulminis spectat:q̄ olim percussaz arboz fulmine hastule surgunt. Quid q̄ serpentium z animaliuz ceteroz:quibus mortifer vir⁹ inest:cum icta sunt fulmine.venenū omne consumitur. In venenatis siquidē corporib⁹ vermis non nascitur: fulmine vero icta intra paucos dies

vermiãr. ¶ Guilhermꝰ ō conchis. Effectꝰ veꝛo fulmis circa ea que tangit potꝰ sunt admirandi: q̄ cause inq̄rende. quis enī inuenit causam: quomodo fulmen integris ꝛ illesis loculis. aliq̄n ꝓstat argentū. Manente vagina liquefacit gladiū: circa lignū dolatū: ferꝝ distillat. Q̄ fracto dolio vinū facit stare: nec vltra triduū rigor ille durat: ꝛ alia multa. ¶ Horosiꝰ de hozmesta mundi. Lucius eliꝰ eques romanꝰ cū vxoꝛe ꝛ filiis de roma i apuliam rediens: tempestate correptꝰ: cū filiā cōsternatam videret. vt citꝰ. ꝓpiozibꝰ rectis succederent. relictis vehiculis. correptisq̄ equis. filiā virginē equo insidentē in medīū agmen accepit. puella continuo ictu fulminis exanimata est. Sed oīnibꝰ sine scissura aliqua vestimentis ademptis: ac pectoris pedumq̄ vinculis dissolutis monilibꝰ etiā annulisq̄ discussis: ipsoq̄ corpe illeso. Nisi q̄ obscenū in modū nuda. ꝛ ligula paululuz exerta iacuit. Equus quoq̄ ipe q̄ illa vehebat: stratoꝛiis fremis ꝛ cingulis dissolutis sparsius ac passim peul exanimis iacuit. ¶ Plinꝰ vbi supza. Marcia princeps romanoꝝ icta grauida: exanimato partu: ipa ꝑter aliud incōmodum vllū vixit. vigilās ictꝰ dormitantibꝰ alias contuētibus oculis. dormiens patentibꝰ inuenitur. nullū aial nisi exanimatū fulgure accendit. vulnera fulminatoꝝ frigidioza sunt reliquo corpe.

¶ LXIII.

¶ De variis eiusdē opationibꝰ secundū materias quas inuenit. ¶ Seneca vbi supza

Auca adhuc adicta ad vim fulminis charran dam: que nō eodē modo materiā omnez vexat. valentioza. q̄ resistit vehementꝰ. dissipat. Cedentia nonnūq̄ sine iniuria transit. Cū lapide ferroq̄ ꝛ durissimis quibuscūq̄ cōfligit. q̄ viaz p illa necesse est impetu querat. Teneris ac rarioꝛibꝰ peit: q̄q̄ flamul opoꝛtuna videantur: q̄ trāsitu patente min⁹ obstaculū inuenit. Itaq̄ loculis. vt dixi. integris pecunia q̄ intus erat ꝓstata repitur: q̄ tenuissimus ignis p occulta foramina transit. quidq̄d aūt in cingulo solidū ꝛ contumax inuenit: vincit. interdū etiā in eadem materia multa diuersa eiusdē vis fulminis facit: sicut in arboꝛe: qō aridissimum ꝛ rarissimū est vrit. Et qō durissimū atq̄ solidissimum terebrat ꝛ frangit: summos cortices dissipat interioꝛes libꝛos rumpit ac scindit: folia prūdit et stringit. vinū gelat. ferꝝ ꝛ eos fundit. Illud etiā mirꝝ est: q̄ vinū fulmine gelatū: cū ad priozē habitū redierit: potū aut exanimat: aut dementē facit. Cur aūt illud accidat querenti michi id occurrit. Inest fulmini pestifera vis ꝛ ex hoc aliquē remanere ſpūm in eo ipo humoꝛe quem coegit coagulauitq̄: verisimile est. Neq̄ enīz alligare potuisset: nisi aliq̄ et vinculū addituz esset. ꝓterea quo cunq̄ decidit fulmen: odoꝛē ibi sulphuris esse: certū est qui q̄n grauis est: sepiꝰ hausꝰ alienat. ¶ Ex libꝛo ō naturis reꝝ. Fulmen sepiꝰ alta sternit: q̄ cū ab alto descēdit: citꝰ alta repetit. Nullꝰ aūt fulmine tangit: q̄ priusquā videritꝰ aut tonitꝝ audierit. In silentio nunq̄ fulmen iacitur: fulmen quidē tactū hoīem nō semp extinguit. Cetera veꝝ animātia semp: hunc honoꝛē hominū natura tribuente.

¶ LXIIII.

¶ De differentia chozuscatōnis siue fulguratōis et fulmīs. ¶ Seneca vbi supza.

Rosa a specie floris dicta est: eo q̄ rutilanti co lore rubeat. ¶ Ambrosiꝰ. Ante peccatū flori bꝰ inixta terrens sine spinis rosa surgebat: et pulcherrimꝰ flos sine vlla fraude vernabat. postea vero spina sepsit gratiaz floris: tanq̄ humane vite spe culū pferens. que suauitatem pfuctionis sue sintimis curax sepe ꝓpungat stimulis. vallata est em elegantia vite nostre atqꝫ quibusdā solicitudinib⁹ obsepta vt ea dem tristicia distincta sit et gratia. ¶ Plinius libro. xxi Rosa veri⁹ spina q̄ fruticē nascitur. In rubo quoqꝫ p ueniens illic etiā odoris iocundi. q̄uis angusti. germi nat omnis inclusa primo cortice granoso: quo mox in tumescente et in viridis alabastros fastigiato paulati rubescens debiscit. ac sese pādit in medio calicis sui stā tis cōplexa luteos apices vsus eius coronis. Oleo ma ceratur. In vnguēta trāsit: et emplastris atqꝫ collirijs imponitur mordaci subtilitate. ¶ Dentarijꝫ etiā dūctis pungendis minime noxia. Genera eiꝰ nostri fecerunt celeberrima. pnestinā et cāpanam. addiderūt alii mile siā. q̄ fit ardētissimꝰ coloꝰ nō excedentis folia duo ōna prima et trachimā. mi⁹ rubente. mox alabādica. folijs albicāribꝰ. viltoze. spinioſa vero minutissimā l' vilissimā. Differt em̄ folioꝝ mstitudie: aspirate: leuore: colore: odore. Paucissima ąna folia: ac dense nūerosiora cū sit gen⁹ eiꝰ: q̄ centifolia vocant. que est in cāpania ytalie. Grecie vero circa philippos sed ibi nō sue terre prouē tu. Pāgeus nanqꝫ mons in vicino fere est numerosis foliis ac paruis. Unde accole transferentes cōferunt. Ipsaqꝫ plantatōne proficiūt. Non aūt talis odoratissi ma est. Nec cui latissimū maximūqꝫ folium. Breuiter qꝫ indicium odoris: scabricia cortricis est et que greca vocatur a nostris: a grecis vero lichnys. nō nisi in būi dis locis prouenies. nec vnq̄ quinqꝫ folia excedēs ma gnitudine viole: nulloqꝫ odore. Est et alta grecula vo cata: cōuolutis foliox pāniculis. nec debilcēs nisi ma nu coacta: semꝫ nascēti simil'. latissimis foliis. Alta fūditur e maluaceo caule: habens folia oleata quā mul certō vocant. atqꝫ inter has media magnitudine autū nalis quā coroncolā appellāt: omnes sine odore. Co roncola in rubo nata tot modis adulteratur. Et alias vero quoqꝫ plurimū sola ꝓualet. Cirenis est odoratissi ma. Carthagine hispamteqꝫ. bieme quoqꝫ tota ꝓcr. Refert et celi temperies Quibusdam em̄ min⁹ odora ta prouenit annis. Preterea odoratior magis omnib⁹ siccis locis q̄ humidis prouenit. CXXXII.

¶ De rosarum cultura ¶ Idē in eodem.

Rosa nec pinguibus vult nec argillosis seri lo cis: neqꝫ riguis. Cōtenta raris. ꝓprie rudera tū agrum amat. Precox est cāpana sera vero milesia. nouissime tamē desinit pnestina. fodūtur aūt q̄ fruges leui⁹ q̄ vites. tardissime. puemūt semine: qō est in ipso cortice sub flore opertū lanugine. Obtid potius in seruntur caule cōciso et ocellis radicis vt harundo. vnū gen⁹ inseritur pallide spinose ac longissimis virgis q̄n qꝫfolie que a grecula altera est. Omnis recisione pro ficit et vstione. Translatione q̄qꝫ vt vitis optime ocū simeqꝫ prouenit. furculis q̄terno x digitox longitudie vel ampliore post vergiliaꝫ occasum sata. deinde p fa uonū translata. pedalib⁹ interuallis: crebroqꝫ circūfos sa. Qui ꝓcocem illam faciunt: pedali circa radices fero be aqua calida infūdunt calice germinare incipiente. ¶ Palladius libro. iii. In mense februario rosaria con serenda sunt: que sulco breuissimo: aut scrobib⁹ ponen da sunt: vel virgultis: vel etiam semine. Semina aūt rosax nō putem⁹ medios flosculos esse aurei coloris ꝙs rose ferunt: sed baccis nutriunt: quas in breuissimi py ri ad similitudiné plenas semib⁹ suis post vindemiam reddūt. maturas ex colore fusco z mollicie: poterimus estimare. Si qua etiam sunt antiqua rosaria hoc rem pore circūfodiuntur: et sarculis vel volabris aridias vniuersa reciditur. Tūc que rara sūt. possūt ducta vir gax ꝓpagine repari. Si rosam ipsi⁹ habere volueris duob⁹ palmis ab ea girum fodies: et aqua calida bis rigabis in die. Idem in libro. vi. Rosas nōdum pa tefactas seruabis: si eas in cāna viridi stante fusa redu das: ita vt scissurā coire patiaris: z eo tempe cānam re cidas: quo virides rosas habere volueris. Aliqui vero eas olla noua cōditas et bene munitas sub diuo obru unt et sic reseruāt. ¶ Idem libro. xii. Quāuis mense fe bruario sunt cōserenda rosaria. tamē locis calidis apri cis atqꝫ maritimis mense etiam nouembri poterimus

instituere roseta. Que si indigu⁹ plantaꝝ volueris ex paucis virgulis habere copiosa: quaternoꝝ digitoꝝ surculos germinātes cū geniculis suis debebis excidere: et in modū ppagines sternere. stercore ac rigationibus adiuuare. vbi annū etiam cōpleuerint pedis spacio inter se transferre disiunctos. atq; ita solum quod huic generi deputaueris implere. ¶ .cxxxiii.

¶ De operatione rose in medicina ¶ Plate.

Rosa frigida est in primo gradu. sicca in secūdo. et viridis et sicca competit vsui medicine. Quidā colligūt eam post maturitatē: sed non tam diu seruatur. Debent aūt colligi cum nō habēt folia omnino expansa. ⁊ tamē aliquātulū iam rubea. Colligere aūt ad solem aliquātulū desiccari possunt et p tri ennū seruari. Rose sicce narib⁹ apposite: cerebrum et cor cōfortant. spūs repando. succus rosarum viridiuz in vase vitreo pōt valere p annū. Post dentis extracti onē si fluxerit sanguis fit decoctio rosaꝝ in aceto: ⁊ fit gargarism⁹. ¶ Auicenna. Rosa est virtutis cōposite et substantia aquea et terrea. Et in ipsa sunt acuitas stipticitas et amaritudo cū pauca dulcedine. subtilitaz quoq; faciens ipius stipticitatez penetrare. Quare facit corizam accidere. Est autez frigida in primo. sicca in principio secūdi. Et virtus q̄dem amara pmanet i ipsa dum recens est. Cum aūt siccatur eius amaritudo minoratur. Sicca quoq; frigidioz est ⁊ magis stiptica. Est aūt aperitiua et abstersiua valde: et sedat motum colere. Semen eius fortis⁹ stipticuz est: quod in ipsa fit et pili similiter qui sunt in eius medio. In toto aūt ipsi⁹ est cōfortatio membroꝝ interioꝝ. Dicitur aūt q̄ in ipsa est virtus extrabēs surculos et spinas: et reliqua carni affixa. Rectificat aūt sudorem fetoris: q̄ administratur ex ea in balneo. Emplastrū ex ea factuz soluit apostemata calida. confert etiā erisipile et vlceribus: pūcez abrasionib⁹ in coxis et in pfundis carnem generat. Sedat dolorem in oculo ex caliditate. Et similiter doloꝛ matricis. Bozmire vero sup̄ locuz ex eo stratuz abscindit desiderū coeūdi. Et illa quidē q̄ recēs est fortasse soluit. sicca vero nō soluit. Decoctio et rosa sicca cōfert grossitiei palpebraꝝ. et vlceri⁹ intestinoꝝ. Irē rosa ⁊ ei⁹ succ⁹ cōferunt humiditati stomachi. Decoctio aque ei⁹ et oleū ipius faciunt sternutationez cū odorātur. Semen ei⁹ stringit gīgiuam. et similiter succus eius cum decocto. Pfert etiam doloꝛi auriū. Succ⁹ ei⁹ pfert sincopi. virgulta vero ei⁹ et etiaz capita sputo sāguis sunt vtilia. ¶ Cōstātin⁹ vbi supza: Rosa frigida est in primo gradu. sicca in fine secūdi. subtilem substātā et stipticam habet. valet stomacho et epati: ei⁹ ēm opilatōnez aperit. capitis doloꝛē ex fumo colere aut sāguinis: vsto narib⁹ applicata placat. Locta cum vino capitis auriū et gingiwaꝝ doloꝛē si os eo lauetur aut gargarizet tollit. Cathaplasmata fit cōtra emoꝛroidas sperma ei⁹ puluerizatuz putridas gīgiuas sanat. Cortex potatus sāguinez inferius manantem cōstringit.

¶ .cxxxiiii

Iterum de eodem. ¶ Plinius vbi supza.

Rose flos somnum facit: inhibet fluxiones mulieꝝ: maxime albe in posca pot⁹ et sanguinis exercitatōes. stomachi dolores in vino cyathis trib⁹. Semen ei⁹ optimū est crocinū nec anniculo vetusti⁹. et in sole siccatur. nigrū inutile. Doloꝛi dentiuz illinitur. vrinā ciet stomacho imponitur. Iteꝝ igni sacro nō veteri. Narib⁹ subductū caput purgat. Capita ei⁹ pota: ventrez et sāguinez sistunt. vngues rose salubres epyforis sunt. vlcera ēm oculoꝝ rosa pterigia in initus sordescūt. Item epyfore ita vt imponatur arida cū pane. Sunt et folia vtilis stomachi rosionib⁹ ac vicius ventris ⁊ intestinoꝝ pcordiis vtilissima vel illita. Bibita plasmata inde fiūt: ad sudoꝛes coercendos ita vt a balneis inarescāt corpora deinde frigida abluātur. Siluestris rose pillule alopicias emendāt cum vrsino adipe. ¶ Razi. vbi supza. Rosa doloꝛē capitis ex caliditate removet. crapulā aufert. reumatismum tū ac sternutationez inducit. ¶ Macer. Dici flos floꝝ nobis rosa iure videtur. Q⁹ specie cūctos pcedat odoreq; flores. Nō tamen hec specie tantū nec odore iuuare. Nos valet ac variis nos adiuuat illa medelis. Eius sicca gradu vis est et frigida primo. Cōpescit sacruz si trita apponitur ignem. Dic quoq; si stomach⁹ calet aut pcordia sedat. Fluxū matricis cum vino stringit et alui. Illius succū colliria plurima querūt. Et sicce puluis morbis bene subuenit oris. Infrictus p se tantū cum melle vel mixt⁹. Omnes feruores supaddita trita coercet. Ipsa recens vel si mulso cōtrita bibatur. Dicā palladius q̄d scripsit inde perit⁹. Q⁹ rubeum fuerit foliozuz sumito floris Unciā sic purgatoꝝ mergatur olim Jn libza. vi treo sic claudens omnia vase. Sub phebo septem tātū suspende dieb⁹ Jnde medelaꝝ varios seruatur in vsus.

¶ cxxxv

¶ De his que procedunt vel cōficiuntur ex rosa. ¶ Plateazius

Rosa et que ex ea fiunt vsui medicine cōpetūt. De rosis nanq; fit mel rosaceum: et zuccaruz rosceum. sirup⁹ rose⁹ et oleum roseuz. aqua rosata. ¶ Vel primo despumatur: deide colatur: postea folia rosaꝝ viridia minutatim incisa imponūtur ⁊ fit decoctio aliquantula. signū decoctōnis est odor et color: rufus p annos q̄nq; fuatur. virtutem habet cōfortatiuā ex rosis. mundificatiuā ex melle. Unde valet ad mūdificatōnē stomachi ex frigidis humoꝛib⁹ cum aqua dēcoctōnis feniculi et sale datum. zuccaꝝ roseū habz virtutē cōstringēdi et cōfortādi. valet cōtra disenteriam et lienteriā ⁊ dyariam. que facta est ex debilitate virtutis recentiue. q̄buscā aliis cōmixtis valet ⁊ contra vomitū colericū. cōtra sincopin et cardiacā: cum fit ex cālefactōne spiritualū. Sirup⁹ roseus cōtra vētris fluxum et vomitū datur cum aqua pluuiali vel rosata. Febricitātib⁹ autem cum aqua frigida post minutōnē potui datur. et contra sincopin similiter. Oleo rosaceo ꝛ calefactōnez epatis epar inungitur. Cōtra doloꝛez capitis ex frigida causa. frons et tempora iungūtur. Aq̄ rosata contra fluxum ventris ⁊ vomitū simpliciter datur. Sincopizantib⁹ etiā et cardiacis in potu datur: et faciei sup̄ spargitur. Jn collirijs ad oculos ponitur. et in vnguentis ad faciem: quia pannū supfluū abstergit et subtiliat cutē. ¶ Cōstantin⁹ vbi supza. Aqua rosea stomachi doloꝛem et epatis mitigat. ex aqua capite sepi⁹ loto canicies festinabitur. sirupus rose⁹ doloꝛē stomachi ex caloꝛe curat. necnō acumen febris. et doloꝛē intestinoꝝ ⁊ colericas passiones sanat. Et similiter facit rodozuccara. Locta cum vino capitis: aurium et gīgiuaruz doloꝛem: si os de eo lauetur aut gargarizetur: tollit. Oleum rosaceū bibitum ventrem humectat. et caloꝛem stomachi refrigerat. Calidum in narib⁹ distillatū: calida sanat apostemata. Cum aqua rosacea mixtum disentericis subuenit. vniuersaliter etiā valet contra omnia vulnera calida siue sint extrinsec⁹: siue intrinsecus. ¶ Auicenna. Aqua rosata cum bibitur confert sincopi. bona est etiam epati vel stomacho. ⁊ confortat et iuuat ad digerendū. Oleum quoq; rosatuz iuflam ationē stomachi extinguit: et ventrem soluit. ¶ Plinius vbi supza. Vinū quomodo fiat e rosa dixim⁹ inter vini genera. Succi vsus. ad aures: oris vlcera: gingiuas tonsillas. pdest gargarisatus. valet etiā ad stomachū et ad vuluas. sedis vicia: capitis doloꝛes in febre. vel cum acero ad somnos et nauseas. ¶ Palladi⁹ libꝛo. vi.

Ad rosatum faciendū. in mario quinq libras rose pdie purgate in veteris vini decez sextarijs merge: ac post xxx. dies despumari mellis. decem libras aduce et vtere. Ad oleū ār roseū i olei libras singlas rose purgate singulas vncias mitte. ac septem dieb⁹ in sole et luna suspende. ad rodomel vero cōficiendū succi rose sexta rius singulis libras singulas mellis admisce. et dieb⁹ quadraginta sub sole suspende. Macer. Ex hac cōficitur oleuz roscūq vocatur. Buersis morbis et multis vtile causis. Si bibitur ventrez mollit stomachūq dolorem Extinguit nimū: bene si foueatur eodez. Et dolor et feruor capitis curabitur illo. Permiscēdo sibi si forte iungatur aceto. Expurgat sordes: vulnusq: replecq pfunda Et combusturis pclare subuenit ignis. Ore diu tentū dentis sedare dolorez. Dicitur: et durasq palpebras reddere molles. Aufert suppositū pruritus interioꝝ. Et stericis variis solz hec succurrere causis

CXXXVI

De rubia. Isidorus.

Rubia dicitur eo q rubra sit radix eius. vnde z lanas colorare phibet. Dyascorides. Rubea quā alii erithrodanū. latini vero rubeaz dicūt. herba est omnib⁹ nota Species ei⁹ due sunt. vna videlicet agrestis alia vero q vocatur sarchos ramulos siue ramos habens tenues et quasi nodosos. folia p interualla distātia. ac p singulas cōnodationes. veluti stellaꝝ imaginē. Fruct⁹ eius vel semen est rotūdū et viride primo: deinde rubrum: circa maturitatez vero nigrum. Radicem habet paruā: tenuem: rubicūdā. virtutem habet vnctualē. Albas maculas curat cum aceto illita. vsus etiā ei⁹ ad ea pficit ad que cetera diuretica. Plin⁹ libro. xix. Rubea tingendis lanis et cozijs est necessaria. laudatissima ē italica et maxīe sub urbana. quenit sponte. seriturq; erudite similitudine. verum spinos⁹ est et caulis et geniculat⁹ hic est. q̄nis circa articulos in orbe foliis. semen eius est rubeū plures habens vsus in medicina. Idem in libro. xxiii. Erythrodan⁹ quā aliqui Ereuthodanū vocant nos rubiam. herba est qua lane tingūtur pelles pficiuntur In medicina vrinam ciet. morbū regium sanat ex aqua mulsa. et lichenas ex aceto illita. et iscbiaticos etiam et paraliticos potest curare. ita vt bibentes lauentur quotidie. Radix ac semen mēles trahunt. aluū sistunt. et collectiones discutiūt. Contra spentes rami cū foliis imponūtur. folia quoq capillū inficiūt. Apud quosdā inuento regium morbū hoc frutice sanari: etiam si adalligat⁹ specter tm. Auicenna. rubia tinctoꝝ est ponti et sapotis et abstergit cū equalitate. ponitur cum aceto sup impetigine et sanat eam. similiter et morphea balsam. ab omni vestigio mundificat cutem. Bibita cuz mellicrato cōfert scyatice et paralisi. valet etiā pensioni et casui. succ⁹ eius cum oximelle datur ad apostemata splenis: et mūdificat epar et splenem. Eoꝝq opilationes aperit: et in hoc ei ppriet as existit. aceto vehementer. puocat vrinam: vt quādoq; faciat mingere sāguinez. z oportet vt qui eam biberit: q̄q die balneetur. Supposita menstrua puocat. et extrahit fetum. eiusq stipites cum foliis cōferunt morsui vermiū veneno sorbere. Plateari⁹. Rubia calida est et sicca in secūdo gradu. virtutez habet cōfortatiuā ex aliquātula sua ponticitate et diureticā ex amaritudine. Cōtra debilitatem stomachi et epatis et relatione: datur vinū decoctionis ei⁹. Radix eius rasa supponitur ad menstrua puocāda: et fetum mortuū educendū: aqua decoctionis eius si caput inde abluatur capillos reddit rubeos. Cō stantin⁹ vbi supra. Rubea est in fine primi grad⁹ calida et sicca. habet q̄ddaz amaritudinis et ponticitatis. vnde splen et epar mūdificat: et eius opilationez aperit. vrinam et menstrua puocat. Omniaq; mēbra corporis a putredine mundificat. et morphea curat. ad bibetur quoq; cum melle et aqua calida. pprer vsu dolorem.

CXXXVII

De ruta et eius cultura. Isidorus.

Ruta dicta est: eo q sit feruentissima. Cuius altera agrestis atq; virtute acrior sed vtraq; ferue ntissima comphatur. hanc venenis repugnare mustele docent: que dum cum serpente dimicauerit cibo eius armātur. Plinius libro. xix. Ruta seritur fauonio et autūm equoctio. Odit hiemez. et humorez ac fumū. Apricis gaudet ac siccis. terraq; q̄ maxime latericia. Cinere nutriri vlt̄ b et semini miscetur: vt careat crucis. Sed et cum fico est ei amicicia: intantuz q nuisq; legor q̄ sub hac arbore puenitat seritur. et surculo melius in pforatam fabā inditoq; succo nutrit cum pbendēdo furculū. seritur et a seipsa. Mamq; incurua to cacumine rami alicui⁹: cum attigerit terram statim radicatur. Palladi⁹ de agricultura libro. xii. Mē se marcio ruta serī locis apricis: soli⁹ cineris inspsiõe cōtenta. loca desiderat altiora vnde humor eius elabitur: si ponas eius semina adhuc clausa folliculis: sigillatim debebis manu afficere. Si iam minuta sūt: parsa tractabis: et rastro obducta cooperiet. Caules eius q̄ inclusis seminib⁹ nati fuerint fortiores erunt: sed sero nascentur. Ramuli eius cum aliqua radicis parte cōuulsi verno tpe. p plātis tenebūt: tota vero trāslata morientur. Nōnulli ramulos eius ptuse fabe inserunt vel bulbo: atq; illa obruūt alieno vigore seruādos. Sub fici arboris vmbra libenti⁹ acquiescit. Non effodi debas: sed optat auelli. Immūde mulieris fornidat attactum

CXXXVIII.

De virtute ipsius i medicina. Auicēna.

Ruta calida est z sicca: incisiua: resolutiua: carminatiua. valde mūdificatiua: venaꝝ vlceratiua: stiptica. Cum nitro ponitur sup morphea albaz et sup verrucas. et remouet odorez alliorum ac cepaꝝ: et confert alopicie et crisipile: paralisi: scyatice. et doloꝝ⁹ iunctuꝝ acuit visum extincat sperma. et deicit coitus desiderū. Bigerit aūt et cibi facit appetitū. cōfortat stomachū et cōfert splen: resistit venenis emplastrū ex ea factum cū aceto retinet fluxus sanguinis narium. Isaac. Ruta siluestris calida et sicca in quarto gradu. domestica vero in tercio. que melior est ad digerendum: q̄ virtutez habet incidendi: et grossos būores z viscosos extenuādi. vētositatē z ilationē dissoluit. ventrē humectat. inferiora intestinoꝝ tuuat. In vino cocta et pota. valet ypoarche. Plateariꝰ. Est ruta domestica et siluestris que pigānū dicitur. buius folia et semina cōpetunt vsui medicine. virtutez habet diureticaz: dissoluendi. et cōsumēdi. valet ꝯ cephalgiā et epylepsiā. dolorem dentium cōtra frigiditatem stomachi. paralisim. et contra defectum visus ex frigiditate melancolica. contra vlcacam passionez. opilationez splenis epatis et strāguriā et diseteriā. ytra luxorem cōtra lippitudinez oculoꝝ et colorem. ruta etiam bibita valet contra venenū bibitū. et morsuz venenatorum animalium. z etiam sup cathaplasmata. vel si quis totus circundatus fuerit ruta viridi: securus accedere potest ad interficiendū basiliscum. Ypocrates vbi supra. Ruta calida est et vrinam. pcurat. pingues et viscosos humores p vrinā deducit. z non inflat: sed extenuat. Ideoq; ad inflationez expediens est. Maz et libidines refrenat et reprimit: et consumit semē et desiccat omnino.

Plin⁹ libro. xx. In pcipuis medicaminib⁹ est rute ratio. Sative folia sūt ramis fruticosioza. siluestris ad effectū ē horrida z acrior ad omia. Ea tusa succ⁹ exprimitur z aspersa modica aqua: i pixide cipria seruatur.

bic copiosior dat?: veneni noxaꝫ obtinet. Macedonia maxime iuxta flumē anacimum. mirūq; q̄ extinguitur succo cicute. adeo etiam venenoꝝ venena sunt: quādo succus cicute. pdest manib? colligentiuꝫ rutam Rute folia trita et cum vino sumpta. p̄ antidoto valēt. cōtra acontū maxie et viscum. contra serpētum ⁊ scorpionū et arancoꝝ ictus et contra crabronū apium ac vespārū aculeos. et cātaridas ac salamādras. canis ve rabiosi morsus. acetabuli mensura si succ? eius cū vino bibitur. Efficacissima tamē e siluestribus radix cum vino sumpta. Eādem adiciūt efficaciores esse contra venena sub diuo potam. Pytagoras et in hac marem minoribꝰ herbaceiq; coloris folijs a femina discernit: etiam latioribꝰ foliis et colore. Idemq; oculis noxiaꝫ putauit falso. quoniā sculptores et pictores hoc cibo vtūtur oculoꝝ causa: cū pane vero vel nastrucio satiue: atq; siluestris. ꝓpter visum. At aūt multi succo eius cuꝫ melle attico inuncti discusserūt caligines: ⁊ cū lacte mulieris puerum entre. vel puro succo oculorum angulis tacti. Epiforas cum polenta ꝓposita. lenit autem capitis dolores pota cum vino vel aceto et rosaceo illita. Si vero sint cephalea cum farina ordeacea vel aceto. Eadē cruditates discutit: mor inflationes: dolores stomachi veteres. vuluas aperit. conuersasq; illita melle toto ventre et pectore corrigit. ydropicis cum fico prodest: decocta ad dimidias ptes potaq; ex vino: sic bibitur et ad pectoris lateraꝫ et lumboꝝ rusles. suspiria. et pulmonū tocineꝝ: renum vicia ad horrores frigidos. Ad crapule grauedines decoquuntur folia poturis. Et in cibo vel cruda vel decocta cōdita ve. pdest. Itez tormināb? in hysopo decocta: et cum vino. Sic et sāguinē sistit interiorem: et narium indita. Sic et colluris dentib? pdest. Aurib? quoq; in dolore succ? infūditur custodito modo. E siluestri vero contra tarditatem et somnū cum rosaceo: vel cum laurco oleo: aut cummino ⁊ melle. Succus et phreneticis ex aceto trite instillatur in tempa et cerebrū: adtacerūt aliqui et serpūlū et laurū illimentes capita et colla. Bederūt et lurgicis ex aceto olfaciendū. Bederūt et comicialib? bibendū decocte succum in ciathis quattuor ante accessiones: q̄ frig? intollerabile est. Alfiolisq; crudam dari in cibo. Urinam quoq; vel cruētam pellit. femināꝝ etiam purgationes secūdasq; etiam emorituoſ part?: vt ypocras videtur ex vino dulci nigro pota. Itaq; illitā et vuluaꝝ causa etiam suffire iubet. Diocles et cardiacis imponit ex aceto et melle cum farina ordeacea. et contra ulcū decocta farina in oleo ac vellerib? collecta. Multi vero et contra purulentas excreationes sicce drachmas duas sulphuris vinā et dimidiaꝫ sumi censent. et contra cruentas ramos tres in vino decoctos. Datur et dissentericis cuꝫ calco in vino cōtrita. Bederūt ⁊ cū bitūme infricta potōni ꝓpter anhelitū. Ex alto lapsis semmis tres vncias: olei libra: viniq; sextario illinitur. Cum oleo coctis foliis ptibus quas frigus adussērit. psoras et lepras cum melle et alumine illita emendat. Item vitiligines vel rugas strumas et similia: cum hircineo adipe sullo ac taurino sepo. Ignem sacrum ex aceto et oleo vel pīmitibio. Carbūculum ex aceto. Non nulli laserpicio vna illini iubēt. Sine quo epinictidas et pustulas curant. Imponūt et māmis tumētib? coctā et pituite eruptōnib? cum cera. Testiuꝫ vero epyforis cum ramis lauree teneris: adeo peculiari in vlceribus his effectu. vt siluestri ruta cum aruncia veteri illitos ramices sanari prodāt. fracta quoq; membra semine trito cuꝫ cera impositio. Radix rute sanguinez oculis suffusū et in toto corpe cicatrices aut maculas illita emēdat. Precauēduꝫ est aūt grauidis vt abstineant hoc cibo: necari cīs ꝓtus inuenio. Item generationes impediri hoc cibo. ideoq; ꝓfluuio genitali datur. et venerē crebro per somnia imaginātibus. ¶ CXXXIX

¶ Iterum de eodem ¶ Blasco rides.

Rute duo sunt genera. ſ. agrestis ⁊ ortiua. Ex iisdē ortiua est. escis non bona. Illa vero melior est: que nascitur circa cucumeres. Ambe virtutē habent calidam et causticā. et exuberātez et diureticā. Ruta menstruis imperat comesta. Et bibita colli dolorem sedat. Stomachuꝫ erigit. vrinā prouocat. ruſlientib? ꝓficit. Partuꝫ si plus sumatur expellit ventrem stringit. Eius folia comesta cum nucib? regalib? occurrūt venenatis morsib?: que si multum fuerit comesta: vrendo siccant genitalia. Eadem cocta cū aceto et aqua tortionib? medentur bibita. Sciaticis et arteticis ac frigoribus rupicis subuenit. matricis effocatōnes ac sterica soluit. In oleo cocta et bibita lubricos occidit cum caricis cocta et addito vino ydropicos ad sanitatez ꝓducit. Omnib? ꝓdictis cum vino maxie prodest. Que cruda comesta caliginē oculoꝝ detergit. rumorē ⁊ dolorē oculoꝝ. ꝓmixta poleta spargit. aceto ⁊ oleo roseo addito capitis doloreꝫ tollit. Succ? eius naribꝰ infusus sanguis fluxū sistit. Lauri folijs addita et cathaplasmata tumoreꝫ testū tollit. Agrestis ruta mīn? calefacit et extenuat. Dyaforetica est ac deiccat plꝰ q̄ domestica. ¶ Macer. A medicis rute vis feruida dz esse. Siccaq; fertur in his gradus illi tercī? esse. Utile est stomacho valde si sepe bibatur. Expellit ꝓtum potu. veneremq; coercet. Tussim si bibitur compescit: menstrua purgat. Si coquis hanc in aqua si vinū unxeris acre: Compescit talis decoctio tormina ventris. Pulmonē iuuat et pectus: morbosq; medetur. Costaꝝ quā pluresim vocat attica lingua. Ictericos: scyaſimq; iuuat: sebrib?q; medetur. Hausta. vel in oleo viridem si coreris illam. Et foueas tepido: patientes ante tremorem. Matricis prodest intestiniq; tumori. Hoc unguē vel clisterio si funditur int? Haustaq; cuꝫ vino. pdesse valebit vtriq;. Lubricos oleo decocta et pota repellis. Carica tūgatur rute vinoq; coquatur. Cum caricis decocta diu vinoq; liquore. Prosunt ydropicis: si sint supaddita nocte. Cruda comesta recens: oculos caligine purgat. Et melius maratri cum succo: felleq; galli. Melleq; si succus ex equo iungitur eius. Indeq; sint oculi patiētes sepe puncti. Cuꝫ oleo miscens roseo nec nō et aceto. Illius succus capitis curare dolorez. Quāuis in modicū poteris: hoc sepe pungens. Naribꝰ ex/pressꝰ si succus funditur eius. Sistit manātes bene de siccando cruorem. In cotio maligranati si repefactum. Auribꝰ hunc fundas: depelles inde dolorem. Ceruse roseoq; oleo miscens et aceto. Illius succum: mirandū conficis unguē: Ad depellendū sacrū quem dicim? ignez. Et scabiez dextre q̄ dicit herpeta grece. Et grece dictas acozas hoc unguie purgas. Ulcera sunt capitis humore fluentia pingui. Curat et hoc oximas immissū naribꝰ hec sunt. Que grauiter ferent in naribus ulcera nata. Obstat pota nimis hec cruda comesta venenis. Hoc mitridates rex pōti sepe probauit. Qui rute folia viginti cū sale pauco. Et magnis nucibus binis: caricisq; duab? Ieiunus vesci cōsurgens sepe solebat. Armatusq; cibo tali. quicūq; veneno. Qualibz insidia sibi tenderet haud metuebat. Mustheleq; docēt obsistere posse venenis Murice rutam: comedunt cuꝫ primis illam. Cōpugnature sunt cum spentib? acris. Cum butiro modicoq; oleo decocta tumorem. Matrici subiecta repens fugat illa: coliq;. Et cunctis intus morbis sic subdita prodest. Hac etiam testes poteris curare tumētes Cū folijs lauri bene trita si supaddas. Ex hac antidotū nō paucis vtile causis. Efficitur. medici dicunt diapignamon illud. Pignamon in greca

lingua ꝙ ruta vocatur. Illius antidoti ꝑfectõ talis habetur. Põdere ũgę pari piper atqꝫ cymmũ. Be tribꝰ his ẽ̃tum de ruta pondo tantũ Cõuenit in ferro priꝰ assari calefacto. Sed prius ex acro vino macerare et i minũ Omnia deinde simul bene trita ex melle ligabit Pectoris et lateris renũ iecorisqꝫ dolores. Ex hoc antidoto curãtur sepe comesto. Extenuat bilem: sine tormine ventrem Confortat stomachũ: facit vt bene digerat escam. CXL

Be saluia — Ex herbario

Saluia habet folia longa: et angusta: subaspera: odore suaui et gũt. In locis asperis nascit Decoctio eius potata vrinã et menstrua mouet. Pastinace marine si quem pepulerit virꝰ excludit. sanguinis eruptiones sistit. Platearij. Saluia calida est in primo gradu sicca in secundo. Solum folia conpetunt vsui medicine et viridia: et sicca. domestica magis ꝓsumit et cõfortat. Siluestris aũt magis dyaforetica. vinũ decoctionis saluie: valet paraliticis et epylẽticis fomẽtatio ex aqua decoctionis eius valet contra stringiriam et disenteriã. matricem mũdificat. Pli. libro. xxii. herbam nostri qui nunc sunt herbarii elelisi. phacon grece: latini vocant saluiã mente similes canã odoratã. hac appolita partꝰ emortuos extrahit vtẽqꝫ vermes aurium et vlcerũ. Idem in libro. xxvi. Herba que a quibusdã appellatur saluia similis verbasco: ꝓteritur ea et colata calefit. et sic ad tussiẽs lateriqꝫ dolores bibitur. Eademqꝫ cõtra scorpiones atqꝫ draconẽs marios efficax est. contra ꝓpentes etiã ex oleo pũgi ea ꝓdest. hysopi fasciculꝰ cum quadrãte mellis decoquitur ad tussim. Dyascorides. Elisifacꝰ id est saluia frutex est oblonga multas habens virgas quadras et albas. foliaqꝫ habet malis cidonijs similia: sed oblonga et minora et aspa: et albidiora: et odorata: sed rubea Semen supra virgas est illi simile omnino agresti. Nascitur in locis asperrimis. virtus est ei diuretica. menstruis imperat aborsũ facit. scorpionis maritimi pepulsum mitigat. Est aũt carnatica id est sanguinem fluentes vulneribꝰ stringit. sordidaqꝫ purgat vulnera Capillos nigrescere facit. et elixatura foliorꝫ ac virgarꝫ eius nature ꝓprietate compescit. Est etiã virtutis retardatiuis cum acrimonia. vnde ad disenteriã et viscerũ fluxum quẽ greci rigeon vocant: facit. Succꝰ foliorꝫ eius capillos denigrat et vrinã ꝓuocat. Macer. Saluia cui nomẽ elisifacos est apud grecos Cum mulsa iecoris ꝓdest potata querelis. Pellit abortum. lociũqꝫ menstrua purgat. Trita venenatos curat supadicta morsus. Crudis vulneribꝰ que multo sanguie manant Apponas tritã dicunt retinere cruorẽ. Cum vino succꝰ repid. si sumitur huius. Cõpescit tussim veterez lateriqꝫ dolorem. Prurit. vulue curat: virgeqꝫ viril: Si foueas vino fuerit quo saluia cocta. Illiꝰ succo crines nigrescere dicũt. Si sint hoc vncti crebro sub sole calenti. CXLI.

Be sandice et sansuco. — Ex simonnis

Sandix est herba quedã de qua panni tinguntur in blauciũ colorez. Plinꝰ libro. xxv. Sãdaraca si torqatur eq parte rubrica admixta sandicem facit. Quãꝙ animaduerto virgiliũ estimasse id herbam esse: versu illo. Spõte sua sandix pascentes vestiet agnos. Idem in libro. xxii. Sandix in olere silvestri a grecis pontur. sicut opinio et erasistratus tradũt. Decocta vero aluũ sistit. et semine singultus confesti ex aceto sedat. Illinitur. ambustis. vrinã cit. Succꝰ decoctę ꝓdest stomacho. tocineri renibus ac vesice. hec est quam aristophanes euripedi poete ioculariter obiecit eius matrem ne olꝰ quidẽ legitimũ venditasse: sed sandicꝫ. Peculiaris laus eius. ꝙ fatigato venere corpe succurrit. marcescentesqꝫ semo tam exercet coitꝰ. Alui ẽqꝫ femiaꝝ ꝓfluuia sistit. Dyascorides. Sãdix vel scandix calefacit et desiccat fortiter ac dyaforetica est: et ob hoc merito viscerꝫ purgatiuũ est. Isidorus Sansucꝰ est herba quã latini vocãt amaracuꝫ. de qua s. sub eadẽ amaraci nomine tam dictũ est supra. Dyascorides. Sãsucus a siculis nominat amaracus. et est ramosa multas habẽs virgas supterram erẽpãas: cũ foliis paruis atqꝫ rotũdis nepite similibꝰ: ac velut hirtis et acerrimis. herba tota est valde amara. vires habens acres atqꝫ calefactorias. ad omnẽ durticiem vel rigorem valde ydonea. Medetur etiã cataplasmata siue potata a scorpione vexatis: vel difficultati mictus. ꝙ intestinorꝫ tormento laborantibꝰ Eius elixatura medetur ydropicis. vrinã ꝓuocat et tortõibꝰ ẽ vtilis. Succꝰ addito melle liuores detergit. scorpionuꝫ ictus cum aceto et sale cõpescit. laxationibꝰ bene adhibetur. cerotis vtiliter additur. Omnes tumores corpis et oculorum spargit cataplasmata et maxime cum polenta ĩposita. Item appolita solite purgatõnes materie. puocat in feminis. bene quoqꝫ malagmatibꝰ miscetur et acopis Sansucum est in tercio calidũ et siccũ: dolorem capitis et emigrancũ de flegmate et colera nigra curat si ex eius apozimate caput lauetur: aut naribꝰ applicet dissolut opilationes et grossam ventositatẽ. Etꝰ apozima bibitum ydropisim: stranguriã: ventris dolorẽ habentibꝰ fit bonũ Cum melle catha plasmatuꝫ nigredinem in palpebris ãpurat. et cũ aceto morsum scorpiõis curat. pellarisatũ vero menstrua ꝓuocat. lapidẽ aufert epilenticis cõuenit et paraliticis. auribꝰ instillatuꝫ dolorem placat: et somnum. CXLII.

Be satureia — Isidorus

Satureia est herba calida et ꝓprie ignita vnde et illi nomẽ indirum credunt: eo ꝙ in venerem ꝓnos facit. Palladi. libro. iii. In februario mẽse satureia seritur solo pingui vel stercorato et aperto: vel melius mari. primo. et cepulis mixta seminatur. Dyascorides. Satura l' satureia calefacit: et nimis desiccat: manifeste extenuat. Ideoqꝫ vrinã et mẽstrua mouet ac fetus extrahit. potui data viscera purgat. a thoracе atqꝫ pulmone humorem purgat. et ꝓ os sputa pellit. vrinã quidem mouet ex vino potata. letargicos leuiter dormientes excitat: eoꝝ capiti cum aceto frequẽter infusa. Stomachũ quoqꝫ nauseãtes cõfirmat in ouo sumpta vel potata. et cõtra ea que scrobibus aculeatis sentiunt animalia. Platearij. Satureia est calida et sicca. Et pultes ex farina et aqua et eius puluere mũdificant spiritualia: pulvis etiã eiusdem comestꝰ ad idẽ valet. Macer. Timbra solet grece dici satureia latine. Illi sicca nimis: vis est: et feruida valde. Prouocat vrinam mouet quoqꝫ menstrua sumpta. Pellit abortiũ muliebria viscera purgat. Illius pulvis cuꝫ cocto melle subactus. Et manꝰ vel cum vino si sumitur idẽ. Pectoris humorem pellit ꝓ sputa tenacem. Cũ vino repido cõpescit rozuma ventris. Si large bibatur verum tam tepe ꝓbant. Est ꝙdam morbꝰ letargus nomine dictus. Oppositũ medici quez dicunt esse frenesim. Qꝫ vetat hec somnũ somnꝰ grauat hic nimis egrum. Hoc tam letali sõno depellitur acero Timbram cõmiscens: foueat caput inde frequẽter. Sic vicium pigri poterit depellere morbi Hanc herbã caueat mulier contingere ꝓgnans. Illã nõ mãsa mõ sed partum subdita pellit Nausea sedatur hac si bene trita bibatur. Cum modico vino: vel si sumatur i ouo. Nocꝫ modo mire venerem solet illa mouere. Si largo potu viridis vel sicca bibatur Si desit thimꝰ ꝓ thimo ponere timbrã Precipiunt medici ꝙ vis est vna duobꝰ Nõ si cum vino melle mingitur et piper illi Non modicuꝫ veneris succedere

dicitur igne Hinc est a satiris merito satureia vocata Q3 sunt in venerez nimis hec animalia pna. CXLIII

De scordione. Platearius

Scordiu est allium agreste. calidu et siccum in tercio gradu In pductõe flox colligitur. per duos annos seruari potest. floribq3 tantuz in medicina vtuntur. virtute habet mordẽdi et dissoluẽdi et ex subtilitate substãtie sue dyaforeticã. vinu decocti onis eius valet contra dolorẽ stomachi ex frigiditate et contra splenis et epatis opilationẽ. cõtraq3 dissuriã et stranguriã fomentũ ex aqua decoctionis eius men strua educit. matricez mundificat. stranguriã dyssuriaq3 soluit. alluꝫ qdem est calidum et siccu in medio ẽr ti grad9. scordeon aũt siccum quidez est et calidum. sed min9 q3 domesticu et mediocriter operatur. vnde in re ceptõib9 ponitur et nõ domesticũ. virtutez habet dis soluendi et cõsumendi et expellendi venenũ. vnde con tra morsus venenatox catharplasmatur. Succus etiã eius interi9 receptꝰ discutit venemũ. vnde dicitur tiria cã rusticox. valet et ad aperiendas vias epatis et vri nales meat9 z cõtra stranguriã et dyssuriã: et dolorem ylorũ. visui aũt obest quia desiccat. et nocet toto corpi si vltra modũ sumatur. ꝺa generat lepraz z apoplexiaz Manifestat vlcera. flores. allii siluestris diuretici sunt z in siropo vel alio potu supti: valẽt ad stranguriã z dyssu riam Byascorides. scordeo magna est vis. omnib9 quippe pniciosis vehemẽter resistit hoim malis. spentes: aut scorpione: aliasq3 latentes bestias odore suo fu gat. z ictib9 cox medef. siue illitũ siue i potõe l'cibo sũ pruz. Mors sui camino cum melle succurrit. tineas et vẽ tris animalia coctũ in mulsa et aceto perimit et expel lit. peregrinantibus datũ esui: minime patitur illos a quaz et et locox mutatõe turbari. Byocles buc ydro picis cum centaurea miscuit Idem et freneticis elixuz dedit. In faba coctum z timpozib9 illitũ dolori capitis optulatur. auriũq3 dolorib9 ciusdẽ succ9 cuz adipe an serino tepefactus infunditur. raucedini vocis emendat tenasmon ex pulse coctum iuuat. Aliud scordeũ nasci tur in locis montuosis et siluis. habet folia camedrie si milia: sed maiora et non ita dura. Odore et gustu simi le est et allio: quod gustu stipticũ et amaz est: virgaq3 illi est quadza in qua florem rufuz pfert. virtus est illi termãtica et diuretica. Cum vino bibitũ morsibus et omnib9 veneni generibus occurrit. doloꝛi stomachi et dissenterie cum ydromelle bibitũ subuenit. Thoracem purgat maximũq3 plitidi est tussientibus. recte quoq3 adhibetur cõquassatõnib9 aceto mixtũ et suppositum pogagrii subuenit. Paracolesis vulneri facit. mẽstruꝰ imperat. additoq3 melle vulnera ãtiqua et sordida pur gat. z ad cicatricem ducit. Siccũ vero impositũ reside re facit vulnera. Omnib9 aũt meli9 est libicum et cre ticum et ponticum CXLIIII

Iterum de eodem. Auicẽna

Scordion est allium agreste plurimũ minus q3 ortolanũ. habetq3 longũ crus. sup quod ẽ flos albus. Calidũ est et siccũ ad quartũ puenies gradũ. Est aũt subtile: aperitiuum: abstersiuũ. vulnera magna et fraudulẽta cõsolidat et bonũ est attritõm la certox Actor. Scordion licet allium agreste quadaz nomis appriatõne nũcupetur. michilomin9 tamen hoc ipm vocabulũ allio cõmuniter tam domestico q3 agres ti inuenire videtur Ideo scordionis ꝓprietatẽ hic ordi nari placuit inter herbas satiuas poti9 q3 agrestes

Macer. Scordiõ argiue sũt allia dicta latine Hui us vim medici siccam calidamq3 periti. In quarto po suere gradu. mãsuz vel inuentũ. Curat quos serpens vl scorpius intulit ictus. Et nocui vermes triti pelluntur odore. Sanat et appositũ morsus cum melle caninos.

In mulsa coctũ cõmixtuz cui sit acetum. Et bibitum vermes ventris tineasque repellit. Et oleo cum testa sua si decoquis illud. Morsus pestiferos reddes hoc unguine sanos. Lorp9 et attritum cura sanabis eadem Anguine vesice dolor et humor hoc reprimũtur. Ipe refert ypocras educi posse secũdas. Fumo ꝑbusti si vul ue diu foueantur. Pulmonum varias cocrum cum lac te querelas. Poratumq3 iuuat. vel crudum sepe co mestuz. Cũ centaurea diocles dare ꝓcipit illud. idropi cis sic hũores desiccat aquosos. Idez nefreticis elixuz sumere iussit Praxagoras illo fuit vsus cũ coriandro Et vino. causas sic curans ꝓtericox. Et sic poratum dicit q3 molliat aluꝫ. Cunq3 faba coctũ capitis sedare dolorem. Dicitur attrito si tempora plinius illo. Anse ris huic adipem iungas tepidũq3 dolenti. Infundas auri. pclare subuenit illi. Elixum tussim iuuat: et suspi ria sedat. Clarificat raucã crudum coctuz quoq3 vocẽ Sed magis elixum iuuat illaz sepe comestũ. Adiuuat incoctuz pulti sumptũq3 tenasmon. Porcino iungens adipi si conteris ipm. Non modicos reprimes supad dens sepe tumores. Hunc ignotaruz potus non ledet aquaz. Nec diversox mutatio facta locox: Allia qui mane ieiuno sumpserit ore. CXLV.

De senatiõe Platearius

Senatio idem est quod nasturciũ aquaticum et est in tercio gradu calidũ. Senationes cocti cum carnib9 vel in aqua sola mũdificãt spiri tualia. fomentũ et ex aqua decoctionis eozũdem factũ valet contra passiones ylyacam et cõtra stranguriam et dissuriã. Ipsi quoq3 valent ad idem in vino cocti et catharplasmati. sunt eĩ diuretici Byascorides. sena cion qui ab aliis cresion dicitur: in aqua nascitur: fru ticem habet pinguez et ramulos longos. foliaq3 minu ta similia iposelino. Que cum masticata sunt: odorem suauissimũ reddunt Senacion crud9 comest9. calculos expellit dissentericis pficit. vrinam puocat. menstruis i perat Actor. Ex pdictis patet q3 herba illa que sim pliciter id est sine additione nasturciũ ab autorib9 ap pellatur non est istud aquaticuz sed potius ortolanum. Nã de illo dicit palladius de agricultura libro. iii. q3 nasturcium omni tempe constat esse ponendũ id est plã tanduz vel seminandũ loco quali placebit: et celo. Le teruz inquit humorez q3us diligat tamen deesse non curat: Et si cum lactuca seratur egregie nasci fertur. hec palladius. Illud inquã satiũ nascitur i sicco. hoc aũt suo tempe sponte nascitur in humido. illud est cali dum in gradu quarto. hoc autez in tercio. Quod etiã vocabulo ꝓpio dicitur senacion. Naz senacion est car du9 benedict9. de quo tam in alio libro dictuz est supra

CXLVI

De seride Plinius libro. xx.

Seris lactuce simillima duox generuz est Sil uestris melior est nigra ista z estiua. Deterior hyberna et cãdidior est: vtraq3 tamen stoma cho vtilissima. ꝑcipue quẽ humor vexat. et cum aceto in cibo refrigerant: vel illite. discutiũtq3 et alios q3 sto machi. Cum polenta siluestrium radices stomachi cã sorbentur. et cardiacis sup sinistram mãmaz illinũtur et aceto podagris et sanguinez rencientib9 vtiles sunt omnes he. Itemq3 quib9 genitura fluit alterno dierũ potu. Petrõi9 dyodotus seriam multis modis arguẽs in totum damnauit. sed aliox omniuz optimo resistit

Byascorides. Seridis due sunt species. vna violicz agrestis: et alia ortiua est. Agrestis qdem pinguis et eytonon est appellata: et hz folia lata. Altera vero id est ortiua species habet duas. vna quidẽ habet lata fo lia lactuce simlia. altera vero est amara et habet folia angusta. Omnium virtus est stiptica z customacha

ventrez abstinet cum aceto cocta: maximeqz agrestis. vexatum stomachum cōfirmat et estuationes mitigat Fola cum polenta imposita blanditur coxdiacis et oculoz tumori subuenit. folia imposita vt cathaplasma. mitigant scorpii peussum. Ipa quoqz addita polentis et imposita cōpelit ignem sacrū. Mixta cum aceto ac ceruſa omnib⁹ calidis rebus opitulatur. CXLVII.

De serpillo Isidorus

Serpill⁹ dicitur: eo q⁹ radices eius lōge serpāt. Eadem et matris animola dicitur: eo q⁹ menstrua moueat. Palladius libzo. iii. Mense martio serpillus plantis aliquod semine seritur sed vetusta melioz letius frondebit sed xxta piscinā vel lacū vel putei margines cōseratur. Plin⁹ vbi supza. Serpillus a serpendo putant dictum. quod in siluestri eue: nit: maxime in petris Satiuū non serpit. sed ad palmi altitudinez increscit. pingui⁹ voluntariū et candidioz b⁹ folijs et ramis: efficax est aduersus serpētes. maxie cenchri et scolopendras terrestres: atz marinas. t scoz: piones decoctis ex vino ramis et folijs: fugat et odore cōmu⁹ hoc si vratur. et contra marinoz venena p: cipue valet. Capitis autem doloꝛib⁹ in aceto decoctū illinitur cum rosaceo fronti et timporib⁹ Item frenetici eis: ac litargicis: contra tormina: et vrine difficultatē: et anginas et vomitōnes drachmis quattuoz datur. Et aqua bibitur et ad tocineꝛ dolores. Eius folia oblis quattuoz ex aceto dantur ad lienem et ad cruētas excreationes in duob⁹ ciatbis aceti ac mellis teritur.

Dyascorides. Serpillum quem alii serpillum latini vero cicer erraticum vocant. herba est humilis ac p terram repens cum folijs et ramis origano simulibus albidioꝛib⁹ tamen sansuci odoꝛez fragrātibus. Speci es eius due sunt. vna scz ortualis siue vsualis que i cāpis saxosis crescit atqz lapidosis. Alia vero agrestis que zoir appellatur: que non p solum serpit sed directa et extante positione erigitur. Cum ramulis bipalmis tenuib⁹ et horrentib⁹: cuz foliis paruulis: folijs rute similib⁹: sed angustis et longioꝛibus. cum hasta simulante sarmenta. florem et odoꝛem suauem habet in omni⁹ b⁹ virgis cōstitutum: et in suauitate purpureū. ac mordētem linguā et gustu iuscidū. Nascitur in locis saxosis: eiusqz radix est inutilis. Est et alia vehementioꝛ t calidioꝛ vsualis: que ideo dicitur herpillum: eo q⁹ greci herpete repere dicunt. Nam frutex hui⁹ plurimū frusticādo p terram repit. virtutez habet cōstrictiuaz siue redarguentez. Menstruis impat. vrinā puocat. tortōnez et cōquassatōnes uriter curat. Tumorem epatis cōpescit. morsib⁹ venenatis occurrit. bibitum et impositū id pstat. Ut autem serpilli potentiā intelligas: antbioch⁹ rex magn⁹ tyriaca et serpillo cum aliis rebus cōfecta semper vsus est aduersꝰ toxicam: et potionem malā: et animalia venenata. camqz in templo cuscula: pit dedicauit. sicqz q⁹tum ei debuerit ex hoc licet colligere: q⁹ testimonii suo arbitrio medicias deinō fecerat.

Item de eodem. CXLVIII. Platearius.

Serpillū est caliduz et siccum et est duplex: domesticuz ramos sup terram effundit. Siluatici cum in lōgum crescit et in altum: folia et flores eius medicine cōperunt. valet cōtra frigidū reuma: cōtra tussim: contra frigiditatez stomachi et doloꝛē ex vētositate. Ex herbario Serpillus qō in montib⁹ saxosis nascitur efficaci⁹ est ad medicinā. huius runsi t siccati pulus cum aqua calida potatus menstrua mouet vrinā puocat. tortiones viscez et omentoꝛ ruptiones sanat Idem valet ad capitis doloꝛez. ad spentū ictus ad frenēticos et litargicos. Macer. Serpillum veteres dixerunt: q⁹ quasi serpat. Terre vicin⁹ huic fert uida siccaqz vis est. Acri cum vino tritus cōtundis oliuo. Cui rosa dat nomen: hoc vnguine plene frontem Egroti capitis solet hoc sedare doloꝛes. Nidoꝛ cōbusti serpentes effugat omnes. Et quoduis animal infūdens oze venenū. Hanc ideo miscere cibis messoꝛibus est mos Ut si forte sopoꝛi: fessos depresserit illos. Germib⁹ a nocuis ruti quiescere possint. Pestiferos morsus bibitum iuuat: appositūqz. Prouocat vrinas: cō pescit tormina ventris Splen iuuat admixto: si sepe bibatur aceto. Si mel predictis iungatur sputa cruenta Lactantes mire potus solet ille iuuare. Haustum cuz vino iecoꝛis sedare doloꝛem. Dicitur: is qz solet pduce re menstrua potus. CXLIX.

De sicla. Auicēna.

Sicla duaz speciez est: quarum vna nigra p pter vehementiā viriditatis. Altera vero no ra est. Apud quosdaz est in primo calida t sica. et secundū veritatez est compositaz virtutum. et apud quosdā est frigida Nec dubiuz est quin in eius radice humiditas sit. In ipsa est virtus bauracb subtilians et resolutio t apertio fortioꝛ resolutione attrpti cum et lenificatio In nigra est stipticitas et ppric cuz lentibus. Et bauracbitas que est in ipa: est resolutiua et terreitas est constrictiua vel contractiua. Totum elixatum est mali chimi. totumqz paruꝰ nutrimenti sicut olera reliqua Succus eius ac decoctio folioꝛ fissuras frigoris pbibent: t alopicie ꝓferunt. Confert etiā panno et qñqz abscindit verrucas suc⁹ eius et interficit. pediculos. Ex eadem elixata fit emplastruz aposte matibus: ac resolut et maturat ea. Eius folia decocta bona sunt ignis adustioni. Et linita cum melle confe runt ipetigini. Ex eius aqua cum felle gruis: fit caput purgiuz. ac delet tortura: et valet ad vlcera narū. Jtē eius aqua distillatur in aurem: et sedat eius doloꝛem. Radix eius est mala stomacho. faciens nauseā et boc pluri mū ꝓpter baurachitatē eius mordificatiuaz. Ad opilationes epatis foꝛtioꝛ est aptione malue. cum sinapi et aceto ꝓprie Isaac in dictis particularibus. Sicla quā vulgus appellat blitum calida et sicca est in ḡ du primo. Illaudabile stomacho nutrimentū generat. ꝓpter quādā sui acuminis et humiditatis multitudiez Que tamē si coquatur cum aceto: obsomagro: carui: oleo onfacio vel amigdalino facilis quidem digestioni fit. sed parum nutrit. ventrem humectat. epatis opilationē aprt maxie vero si de grossis ac viscosis humoribus sit In aqua cocta et sic comesta fit stiptica Actoꝛ De hac quoqz sub nomine blitꝛi dictum est suo loco in superioꝛi parte huius libri. CL.

De sinape et eius cultura Isidorus.

Sinapis dicitur eo q⁹ folius similis sit nāpo et vt autores dicunt calidam habet virtutem et egeritur. sed stringit vrinaz. Crudum in cibo sumptū: stomacho contrarium est. Coctum vero in olera stomachū iuuat. Semen eius cum aceto serpentius vulnera curat. Palladi⁹ de agricultura libzo. xi. In mense octobꝛi sinapium conuenit seri. Terram diligit aratam. et si fieri potest cōgesticiam q⁹si vbiqz naciatur Sarculari debet assidue vt respargatur puluere q⁹ fouetur. non min⁹ gaudet humoze. de quo semen legere disponis: suo loco esse patiaris. Quod ad elcā robustius facies transferendo. In sinapi vetus semē e vtile vel sationi vel vsui Quod dentibus fractum si mꝰ viride videbitur: nouum est. si albuz fuerit: vetustatem facere. Plin⁹ libzo. xix. Sinapi nulla ē cultura melius tamen planta relata. Quin e diuerso vix est sato semel illo liberare locum: quia semen cadens ꝓin⁹ vi rer. vsus etiam ei⁹ est p pulmentario in patellis decocto citra intellectū acrimonie. Loquūtur et folia sicut

olerum reliquorum. Sunt autem trium generum: vnū vidicet est gracile. alterū rapi folijs. tercium eruce Semen optimū est egiptū. ¶ Byascorides. sinapi pitagoras inter illa q̄ ppter virtutem et efficaciam laudat primum locum assignat. Cuius naturā medici termantica esse volunt: eo q̄ alicui applicatu calefaciat. leprimicam: eo q̄ quicquid iuenit extenuet. eo q̄ spaticā eo q̄ quē compbendet humorem educat. ¶ .cl.

¶ De operatiōe ipsius i medicīa. ¶ Auicēna.

Casia nascit in arabia:virga robusti corticis et purpurei:est virtutis ciamomo simil ſz inferior potētia.vñ p ciamomi vice duplex e⁹ pōd⁹ in medicis admisceꝛ ¶ Plinius li.xii. Est casie frutex mixta cia momi cāpos nascēs:ſz ī mōtib⁹ crassioꝛi sarmēto:tenui cute verius q; cortice quē ꝓteri ꝛ extenuare ꝛ ī cinamo leuare pciuī ē Amplitudo frutici trium cubitoꝛuz est Colos eius triplex cū primuz emicat candidus pedali mēsura:deinde rubescat.addito semipedꝰ:vltra vero ni griçans.hec pars maxie laudatur:deinde pxima:dam natur vero candida. Cum secāt surculos lōgitudie bi num cubitoꝝ: moꝝ pluunt recētib⁹ coriis q̄drupedum ob id interemptoꝝ: vt ill' putrescentib⁹ vermiculi ero dant lignum et excauēt corticem turum amaritudine . ꝓbatur recens maxie: et q̄ sit odoris mollissimi : gustu ve q̄maxie feruens.potuisq; lento tepore leniter moz dens. Coloꝛe purpureo:queq; pluria minimū pōderis faciat bzeui tunicaꝝ fistula atz nō fragili. ¶ Auicena Casia calida est et sicca in secūdo: Dicitur aūt q; ē cor tex radicis mozi ascensu. et est pluriuz spēꝝ. Melioꝛ ē illa q̄ ē rubei coloꝛis:pura:plana:lōgi ligni:grosse cāne subtilis foramīs:solida:grossa:boni odoris:q̄ mozdi cat liguaz et ꝓstringit. Nigra vero mala est. Quod de ipa administratur est cortex . In ligno eīm eius nō est bonitas. In ipa quidez ē stipticitas et resolutō cū acre dine:pluria subtiliatō:multaq; incisio ꝓpter acredinez suam aduuat stiptica: Guaq; resolutōe et solutiua iu uat: ꝓfortat mēbra: Resoluit apostemata calida et fri gida in visceribus. ꝓfert pectoꝛi:et pontē in medicinis oculi. Unū ī quo infunditur ꝓfert stomacho .Syrop⁹ eius ꝓfert epati. Itē puocat mēbra expulsionis Utra: q; cōfert doloribus renū ac vesice. Grossas ventositat: tes resoluit Et ad potum daꝰ ad venenū tyrie. ¶ Con stantinus in li.graduū. Casia calida est et sicca in secū do gradu Stomachū:epar:et oīa principalia mēbra ꝓfortat. Opilatōnez aperit. Grossos hūores et vento sitatem dissoluit. Urinam et mēstrua puocat. Et vero medicine laxatiue misceatur: ad euicieduz grossos hū res iuuat: cū melle tpata ꝛ sup dura apostemata impo sita:ea soluit ꝛ curat. ¶ Platearius. Casia lignea calu da est ꝛ sicca in tercio gradu. Eligēda est que nō facile frangitur:sed plicatur Et cū frangitur coloꝛes habet intus subalbidos:distictos et plures subruffos. Sapo rem habent acutū dulceduni mixtū cum aromaticitate et potest p decem ānos fuari. Sophisticaf aūt quādo q; ex admixtōne corticis caparis.sed discernitur:quia cortex caparis ē subamari sapoꝛis. Uirtutē hz diureti cā ex subtili substātia ꝓsumēdi ex q̄litatib⁹ :ꝓfortādi et aromaticitate. Valz ꝓtra frigidū reuma:vel alias pas siones capitis:et epilensiam. cōtra stringituz et disen teriam et passionem renū:ac vesice. cōtra opilatōnes . splenis et epatis.ꝓtra frigiditatem stomachi. ꝓtra fe tozem oris vel subascellaꝝ et corruptōnem gingiuarū ꝓtra cardiacā passionē et sincopim. ¶ Razi. Salegeba i.casia lignea calida ē et sicca. Usum acuit:et vrinam puocat.

¶ LXIX.

¶ De cinamomo ¶ Isidorus.

Cinamomum dictum est:eo q̄ cortex e⁹ in mo: dum cāne sit rotūdus et graciis Gignitur aūt in india et etyopia frutice bzeui:duoꝝ tātuz cubitoꝝ:coloꝛe ſbnigro l' cinereo:tenuissimaꝝ virgaꝝ Mā quod in crassitudie distēditur :despectui est:quod autem gracilius puenit ertimum. Quod cū frangitur visibile spiramentum emittit ad imaginem nebule seu pulueris ¶ Plin⁹ in li.xii. Cinamomū frutex est duo rum altitudine cubitoꝝ amplissimus: palmiq; minus quattuoꝛ digitoꝝ crassitudinis.statim a terra sex digi tis surculosius arido similis. cum viret non odoratus:

origani folio: siccitate gaudens: imbre sterilior: ceu dire nature. Gignitur quidem in planis sed densissimis in vepribus: rubilq; difficilis collectu. Nō metitur nisi p̄miserit deus. Nec aīa solis ortū vl' post occasū metere licz Sarmenta quondā sacerdos hasta diuidebat: deoq; iouī: p̄tem reponebat. Reliquā vero p̄tem mercator i nassas ꝑdit. Est et alia fama: cū sole diuidi: fnasq; p̄tes fieri. deinde sorte germina discerni. Quodq; solū cesserit relinqui: ac spōte cōflagrare. Precipua bonitas virgultoꝝ est tenuissimis pribꝰ ad lōgitudinem palmi. Secūda vero p̄mis: breuiore tñ mensura atq; ordine. Vilissimū quod caudicibus vl' radicibus ē p̄xmum. qm̄ ibi mīmum corticis: in quo sūma gr̄e. Qua d̄ causa p̄feruntur cacumina. Quidaz cinamomi duo tradiderūt genera. s. candidus. atq; nigricās. Olim candidum p̄ferebatur. nūc ecōtra nigrum laudaī. Uarium quoq; candido p̄fertur. Certiss. ma vero estimatiōne si scabrum sit atq; vt inter sese tritus tarde frict. In primis aūt molle damnatur: aut cui cortex alber.

Auicenna. secūdo libro. Cinamomi spēs nigra ē bona: et est plana neq; nodosa. Montana est grossa et breuis: quod ex eo albū est latū est ifiatum: frangibilez habens radicem declinātem ad molliciem. Et quod declinat ad viriditatem habet casie lignee odorem. Et⁹ virtus durat tpe lōgo. si teraī et ex eo fiant torsici cū vino. Cinamomi species ammomū est. Ex libro de natura reū. Cinamomi arbor aride simlis est cuz viret et floret siccitate gaudet. Itaq; sterilis imbre fit. fecū dior aūt in densissimis uepribus fit ac p̄oucuit.

.LXX.

De medicinis ex eo. Auicenna

Cinamomum calidū est et siccum in tercio. Melius est illud quod est boni odoris: et acuti saporis: sine mordicatiōne. colozis puri ñ ꝑmixti Et vt ait dyascorides melius est nigrum ad igneitatē et rubedinem declinās. Planū ramos habēs, ꝑpinquos subtiles: i q̄ sūt dulcedo et falsedo et mordicatō paruanee est valde frangibile Et ex eⁱ quidem bonitate est vt vincat omnē odorem p̄ter suum: et nō sentiatur cuz eo. Est aūt vltimū in subtilitatōne: attractiū: aperitiū: rectificās omnē putrefactiōnez: et virtutem corruptaz Oleū eⁱ calidū ē valde: resolutiuū: liq̄factiuū. Plate. Cinamomū calidum ē in tercio gdu: siccū in scdo. Eligendum est illud quod subtile ē: acutum: habēs odorez dulcedini mixtū: cū mīta aromaticitate et subruffum. Quod aūt subalbidum ē aut nigruz abiciendū. Per decem annos potest seruari. Ex aromaticitate virtutez habet ꝓfortādi cerebrum. Et glutinositate ꝓsolidandi. Cōtra debilitatē stomachi et digestionē debilem ex frigiditate valet pulus eⁱ. Qui etiā ꝓpenter in salsamentis ponitur ad appetitū ꝓuocādum et supfluitatibus. Ad oris aromaticitatem ꝓmasticatur. Nō em̄ adeo calidus ē vt dissoluat: z os putrefaciendo corrūpat: sicut gariofilum et simlia. que mīta calida sūt. Ex boc em̄ vsu: licet os ad temp⁹ aromaticū reddatur. in posterū tñ corrumpitur: qz ex caliditate dissoluūt: vñ fit putrefactio. Cinamomū aūt nō est tra calidum. Est tñ etiā conglutinatiuū. Item pulus eius valet ad nouas scissuras labioꝝ vel alioꝝ vlcerum: contra sincopin z cardiacam. Razi. Cinamomū calidum ē z siccum. Stomachum et epar corroborando: digestiuam virtutem adiuuat et ventositatem expellit. Ysaac in tercio libro. Cinamomū calidū ē et siccū i scdo gdu. stomachū ꝓfortat: opilatiōnes aperit. vrinā z menstrua ꝓuocat.

Auicenna. Cinomomi opatiōnes z ꝓprietates Ultimum est in subtilitatōne: attractiū: aptiuum: rectificans offiem putrefactiōnem: et omnē virtutē corrupto rum. Oleum aūt eⁱ calidum est valde: resolutiuū: calefactiuū. Cinamomū ponitur sup pannum: et maculas lenti ginosas. Et est ꝓueniens cū accto bothoz lent: et impetigini et vlceribꝰ. Cōfert et cortici: pānoꝝ: et tenebrositati oculoꝝ. Et tussi: ydropisi. et doloꝝ matricis ac renum et apostematibus coꝝ: rigoꝝi quoq; febriuz et morsui vermium venenosoꝝ. Eius etiā oleum mirabile est in tremore. Caput aūt grauat: Et ipm̄ mūdat caput: attrahendo būiditates et eo. Et aurīū dolorem sedat. Lenificatiuū est et mundificat qđ est in pectore. Aperit opilatiōnes epatis. et ꝓfortat ipm̄ z stomachū et desiccat būiditatem eⁱ. Byascorides. Uirtus est oī cinnamomo calida z diuretica malactica z leptomerica et digestibilis. Potatū cū aqua secundinas mlieꝝ excludit: et mēstrua ꝓuocat meliusq; si mirre fuerit admixtum. veneno potato vl' morsibus venenatis occurrit. Caligines oculoꝝ detergit. Cum melle tritū maculas vl' lētigines e facie purgat. Tussim sedat. Catarros mitigat. ydropicis medet. Nefreticis ac diureticis vtiliter datur. Cinamomi vero genera mīta sunt. Sed oībus melius est simile casie. masselatice recens z nigr̄. quod in vino missum soluit se virgas habens teneras ac leues nodis plenas. cum odore pleno quasi rubee: acri: mordax gustu q̄si nasturcu se mē: cum quadaz salsitate et pua vicitudine. huic⁹ hastas cum fregeris: pulueres emittūt odore oia vincentem. Quas cū a terra euulseris: radices eas sequūtur Hec est ꝓbatō cinnomi Est aūt altex⁹ gen⁹ mōtanum asperius staturaz breuius z grossius: colore subruffuz: pariter simile est casie masselatice subnigr̄ colore: tactu lene: nō multos habens nodos. Quartum gen⁹ est albū: molle: fragile: in roboze grossius: z est radicibus mai⁹. Quintū gen⁹ est cortio simile casie: odore simūliter. z colore subruffū hastas mīras retinēs: sz ñ odore plenū. Sextū gen⁹ qđ appellaī lotbos z mathos: sz nec virtutē nec odorē hz Septimū est qđ a grecis xilocinnamomū. i. lignū cinnamomi: ꝺr radicē hās maiorē cum hastis nodosis: odore nō suaue: Est etiā altex⁹ gen⁹ quod aliqui pseudocinnamomū vocant. visu bonū: hastas habens grossas: odore et virtute inferius. Cōstantin⁹ in li. graduū. Cinnamomū diuersum est. Est em̄ grossum quod de arboribus abscindit: et gariofilatū: qđ ramoꝝ arboris siue cortex cē dicitur. Omnia tñ calida sunt in tercio gradu sicca in secūdo. Laudabilius ē anthinum q: stomachū ꝓfortat: et eū aromatizat. būiditatē eⁱ desiccat. Dyspatiōnem eius aput: cibum digerit: flegma dissoluit: vrinam et mēstrua ꝓuocat. Et tussim de grossa būiditate et catharz: curat ydropisim: renuz dolorem placat. et morsum reptilium. Et collirio mixtum supfluaz būiditates oculoꝝ desiccat. Tritum et accto tēperatū impetigies z lētigies extirpat. Macer. Cinama tres spēs dicūt habere: sz hanc Est ꝑciosa magis: q̄ pl⁹ sūul habet Et q̄ pl⁹ mordet mixta dulcedie liguā. Humores stomachi siccat. corroborat ipsuz. Et facit acceptas: vt digerat ocius escas. Sumptū curat epar. lotum q̄z menstrua purgat. Humida tussis eo sedabit atq; catarrus. Idropicis speciem: cui ꝑbent timpana nomē. Sumpta non modicū reprimit renumq; dolorē. Reptilium morsus curat. sed iūgitur illis Que curat oculos humores curat aquosos. Si bene ꝓtritū: fortī miscet accto Liberat appositum: terza lentigine vultum. Sicq; iuuat morbuz qui ducit ab impetu nasi Grossa magis species fluxꝰ emoroidaꝝ. Stringit: aq̄ gelida bene si ꝓtrita bibaī Cepore quo mūdus patiens iciunia fregit. De speciegeminas hec querit portio dragmas.

.LXXI.

De cipro. Byascorides.

Cipr̄us est arbor habens folia olive similia: sz viridiora et paulo grossiora. Semi nigr̄: z florem album: cum germine z odore bono. Hui⁹

folia masticata tumorem oris cōpescunt: quia virtutis coherētis sūt: ꝫ ceter a eiusdem arboris cataplasmata humores et tumores calidos tollūt. Dor etiā elixtura fomēto cōbustis medetur Eadem quoq; succo strucci mixta: si caput assidue fomentes capillos inficiet. Flos eius cū aceto cathaplasmatib⁹ adhibitus: dolorem capitis soluit ¶ Glosa sup cātica. Cipr⁹ ē arbor aromatica in egipto semine cādido et odorifero. Que coquit⁹ in oleo ⁊ exprimitur vñ paratur vnguentum regale: qđ cyperus dr ¶ Plinius in libro xii. Cyprus est arbor in egipto zizifi foliis: semine coriandri cādido et odorato hec in oleo coquit⁹ et postea p̄mitur: idq; cyperus dicit⁹ Oprimū ē in canopica in ripis nili nata. Secūm ascalonē dicē. Tercū cypro insula: odoris suauitate. Quidā hāc dicūt esse arborem que in italia ligustrū vocetur.

Idem i libro xxiii. Ex cypro fit oleum: cui⁹ natura excālefacit neruos et emollit Folia stomacho illiniunt Et vulue pcitate succ⁹ cox apponitur. Folia quoq; cōmāducata recentia medētur vlceribus in capite ma nātibus et oris collectōibus. Decoctū caruꝫ ambustis et lapatis pdest. Rufāt capillū tusa adiecto strucci mali succo. flos capitis dolores sedat cū aceto illitus. Ulcera putrescentia p se vl cū melle sanat. Odor aūt floris olei: qui somnum facit.

.LXXII.

¶ De fistula. ¶ Glosa super cantica.

Fistula que et calia arbor est aromatica: ꝫ pauca. robusti corticis purpureiq; valet ad curandum viscerum molestias. ¶ Glosa sup psalterium. Calia que et fistula dicitur: i aquosis dicit⁹ nasci Crescit in immensum. ¶ Auicenna. Fistula quid est. Scipites albi pilosi simules polio ꝫ pl⁹ pilosi: imo quasi tori sūt pili. Et odor ei⁹ sicut mirre. Est aūt calida ō dinans ad aliquantulū aromaticitatis. ¶ Dyascorides Calia fistula plures habet species: ꝫ optima ē arabica que est aspectu gratissima: colore subrubeo: corrallo similis: tenuis: tactu lenissima longa fistula gustu submordax: mescio qua calefactōne: odore aromatico plena ⁊ ore missa: vini saporem subtrahens. Nec habet hastas longam cuꝫ cortio suo. Foliaq; similia piperis arboris Est et altera subnigella: colore purpureo: odore plena: ꝫ minime suaui. Est iterū pseudocasia lappacio simulis nec in gustu suauis. Alia quoq; platea. i. lata: que siringos dicit⁹ Est eni lata: lenis: et mollis: colore subalbida et scabrosa. Virtus calie fistule calida est diuretica sicatoria: gustu submordax. Est etiaꝫ leptomeris. i. extenuatoria: satis acra aliud habens stipticū: extenuat sūl ac digerit que in corpe supflua inuenerit: ruborem imponit Ulceribꝰ vtilissima est virtusq; coracis oīb⁹ ad caligines oculoꝝ malagmatib⁹ necessaria est. Cum melle trita maculas vultus emēdat. Menstrua puocat tumores intraneoꝝ bibita sedat. Cū aq̄ bibita morsib⁹ venenatis occurrit. fomito renū dolorem compescit Eius suffumigatō matricem ad secessū deponit. Duplici pondere. p cinamomo miscetur in antidotis. et ē in oīm⁹ vtilis ¶ Auicenna. Calia fistula. Alia et hebulia. alia egiptia. Melior ē illa que sumitur a canna: et que est splendidior et pinguior. Et melior cāna ipius ē illa que splendida est ⁊ plana. Equal ē in caliditate et siccitate. Et ē humida: resolutiua: lentiua. Confert apostematibus calidis in visceribus et ꝑprie in gutture quādo ex ea fit gargarismū cū aqua solatri: et linitur sup apostemata dura ⁊ ꝑfert eis. Linūtur ⁊ ex ea podagre et ūcture dolorose. Qñ dissoluit mamb⁹ in aq̄ coriandri humidi cū spuma ptillū: et binde fit ex ea gargarism⁹. Cōfert ꝑfocatōi Mūdificat epar: ⁊ ꝑfert ictericie et doloꝝ epatis. Est lenificatiua vētri. ⁊ educit colerā adustā ⁊ flegma. ⁊ soluit sine nocumēto ⁊ absq; mordicatōne Adeo q̄ ipa ē ꝙuenies p̄gnantib⁹ ⁊ soluit eas.

.LXXIII.

¶ De libano. ¶ Glosa sup ecclesiasticum

Libanus. vt aiunt. est in arabia cortice et folio lauro simil: succū amigdali modo emittens: q̄ thus dicitur: et bis in anno colligit⁹: autūno et vere. Regio ār thurifera saba appellat⁹: vndiq; rupib⁹ inuia. et a dextera scopulis maris inaccessa. Arbores spōte nascūtur q̄bus incisis lacrima fluit. ¶ Helmād⁹ libro. x. In libano mōte nascit⁹ arbor thurifera. Hui⁹ virgulta. vt ait solin⁹. nō sunt publica: sed qō est apud barbaros nouū ius p̄ successiones transeunt familiaꝝ Qui ār dominū b⁹ arboris tenēt: sacri arabice vocātur. Hi cū lucos ist⁹ metunt vel incidūt: nō funerib⁹ intersunt: nec ꝙgressib⁹ femiaꝝ polluū ē Juba rex scripsit incoꝝ ea esse vimine et pplexo ad aceris qualitatē Amigdale vero succū fundere: incidiq; ortu canis fla grātibus solibus. ¶ Actor. Itaq; arbor ipa dicitur: ⁊ libanus: et thus. Gutta vero dicit⁹ et thus et olibanuꝫ de qua scilicꝫ sub vtroq; noīe dicetur inferi⁹ ¶ Auicēna li. secūdo. Et olibano admīstratur in medicinis minutum et cortices ⁊ fumus et ptes arboris eius offices et ꝑprie folia.

.LXXIIII.

¶ De matir. ¶ Plinius libro. xii.

Matir aduehit⁹ et india: cortex rubens radicis magne: nomine arboris sue. Qualis ea sit videtur arbor incompertus habeo. Corticis mel le decocti vsus ad disentericos habet in medicina pcipuus ¶ Dyascorides. Matir vl machir est corū ligni venientis de barbarico: coloris ruffi cum caloꝝ solido q; roboꝝ: Cui⁹ virt⁹ ē stiptica et remordens q̄ maxie in gustu. Tusa et bibita emoptoycis et disentericis et celiacis singularem p̄stat effectum. ¶ Ex li. de na. rex Matir vl machis est arbor in india: cortice ꝑprie rubeo radice magna: Et hac fluit gutta que mastix dicitur: odorifera multum: coloris punicei. Hec granomastix dicitur eo q̄ in modū granoꝝ aliis guttis est admixta Splēdorem facit ꝑfert ⁊ eam pulcrificat. Adulerat tū thure vel resina Cortex arboris machis cū melle decoctus ad disenteriam pcipuus est Vim habet astringendi: ꝑfortandi: ꝑsumendi: ꝙglutinandi et cōsolidādi Cōtra hūores fluentes a capite ad oculos vl ad dētes Jn alia vero significatōe p̄m alios dicitur macis flos muscate. vel cortex ipam nucem ꝓtinēs. ¶ Actor. Hic videtur accipi macis. p lētisco. fortasse vitio scriptoris Nam scōm isidorū et alios autores. Mastix est gutta lentisci arboris que dicta est granomastix. Hec solum reperitur in idia: ꝫ melior est in choo insula.

.LXXV.

¶ De mirra. ¶ Isidorus.

Mirra est arbor: arabie: altitudis q̄nq; cubitoꝝ simulis spine: quā achantū vocāt. Cui⁹ gutta viridis est et amara vnde nom̄ accepit. Gutta eius spōte manans ꝑciosior ē. Elicita corticis vulnere vilior. Sarmenta ei⁹ arabes ignibus fouent. Quorū fumo satis noxio nisi ad odorem storacis occurrāt. plerūq; morbos insanabiles ꝓtrahūt Glo ſr exo. Mirre arboris virgulas arabes exurunt vt melius pullulent et fructificent. Huius arboris gūmi. ꝑprie vocat⁹ stacte: mirra vero abusiue ¶ Plī. vbi. ō. Mirra mlīs locis arabie nascitur. et ē diuersi generis. ꝙhibitur et ex siluis laudata Petūtq; cā etiā a troglodytis sabbei transitu maris. Sarina quoq; ꝙmit multū siluestri plata Gaudet rastris et ablaqatōnibus. melior radice refrigerata. arboꝝ altitudo ad. v. cubita. nec ſñ spina. caudice duro et torto: crassiore q̄ thuris ¶ Solin⁹. In saltibus arabie mirra ꝙuenit: cui⁹ radicē vt vinū rastris ꝑficiunt. Ablaqueatōnib⁹ gaudēt. Nudate pinguiori lacrima fluunt. Sponte manans ex ea sudor ꝑciosior est. Elicitus corticis vulnere vilior iudicatur. Cortex

in vertiginem flexus:et spinis bispidus: foliū licet cris spi?:oliue tamē simile. Ex libro de natura rerū. Mira est arbor spinosa et aculeata:durior a radice:q̄ reliqua sui pte. Corticem habet lenem:foliū oliue sed crispius atq; rotūdius. Hui? frōdes et flores collecti ⁊ ad solem desiccati:habēt efficaciā fortādi et stringēdi. Multū quoq; valent cōtra vomitū: ac fluxum ventris et pfluuiū sanguis. Hui? gutta.s.mirra viridis est et amara.

.LXXVI.

De nardo. Plinius libro.xii.

Nardus est frutex grauis ⁊ grassa radice:q̄ bruni ac nigra fragilisq; :q̄uis pigui situ redolente:vt expressi:aspero sapore:folio paruo:denso q;. Cacumina in aristas se spargūt. Ideo gemina dote nardi spicas et folia celebrāt. Actor. De hac q̄ frutex est inter herbas et arbores media:ita inter herbas cōmunes dictū ē sup̄:et alio nomīe dicitur spica.

Macer. Esse gradu primo calidam siccamq; peritī testātur spicam:que dicit indica nardi. Cōfortat porta iecur:stomachiq; dolores. Mitigat et renes:illi? apozima purgat. Uesicam:iuuat vrinas:et menstrua pellit. Jetericis pdest. nociuis humorib? obstat. Quos caput trāsmittit:et fundit sepe p anum. Puncturas aufert. et morsus interiox. In stomacho clausū:solet hausta repellere ventū. Matricis numū restringit subita fluxum. Cū gelida si detur aqua sedare tumorem. Bicitur et cordis:et nausea sistitur inde. Excitat hec venerem cū vini sūpta liquore. Buricias stericas elixatura resoluit. Eis fomēto per ptes inferiores. Lumina si repida foueātur sepius illa. Affirmāt acri p;rigine libera reddi. Palpebraq; pili bñ confortant eadem. Est nardi species:que celtica spica vocatur. Celicax tantū que nascit in regione. Omnia q̄ narduſ valet indica:hec ista. Posse:licet vires videatur habere minores.

.LXXVII.

De piperis arbore. Jsidorus.

Piperū arbor nascitur in india: ī latere montis caucasi quod soli obuersum est. Folia habet ad iumperi similitudinem. Cuius siluas serpētes custodiūt. Sed incole regionis illi? cū mature fuerint eadem loca incendunt:et serpētes igne fugantur. sicq; piper calidū colligitur:et inde ex flama nigrū efficitur. Plinius vbi sup̄. Arbores que piper gignūt:iumperis nr̄is similes sūt. Semia a iumpero distāt paruulis siliquis. Ne prinsq̄ debiscāt decerpte soleq; toste faciunt quod vocatur piper lōgū. Paulatim vero debiscētes p maturitatē cādidū piper oñdūt: quod inde tosti solib? colore rugisq; mutat. Terū et his sua iniuria ē atq; celi itemperie carbūculātur :fruntq; semina cassa ⁊ inania :quod brachmanes sic significāte aborū vocāt indozum linguā. Hoc ex omni genere asprimū est:leuissimūq; et pallidū. gratis? nigrum:lenissq; vero cādidum. Nō est hui? arboris radix. vt quidā existimauere. quā vocant zingiberum:alii vero gingiberum q̄nq̄ sapore simili. Id em̄ in arabia et troglodytica in villis nascit: parue herbe:radice cādida. Piper lōgus facile adulteratur alexandrino sinapi. Arborem piperis taz habet italia maiorem. Murto nō ablimilē. Amaritudo grano eadem que piperi murteo creditur esse. Beest tosta illa maturitas: Jdcoq; et rugarū colorisq; similitudo. Adulteratur iumperi baccis mire vim trahentibus. Mirus piperis vsum adeo placuisse. Nam in aliis suauitas cepit. In aliis spes imutauit. Huic quidē nec pomi nec bacce cōmendatio est aliqua. Sola in eo placet amaritudo. et hac ī indos peti. Quis est ille q̄ primo cibis experiri voluit:aut cui in appetēda auiditate esurire nō fuit satius. Utrumq; siluestre gētis? suis ē:et tri pondere emitur:vt aurum vel argentum. Auicenna.

Radicis piperis est pprietas. vt dicitur. Pfert re doloribus frigidis ⁊ spasmo. Valde pfert etiā podagre. Eiq; pprietas ē quāmtū pfert re vētositatibus frigidis ⁊ colerice. Ex li. de na. re. Piperis arbor ī foliis et ligmis habet iumperi similitudiem. Hui? siluas serpētes custodientes:igne fugātur ⁊ ex flama nigr̄ piper effricitur. Jacobus tñ aliam causam nigredinis reddit. q̄ scilicet piper collectum sine adustione in clibanum mittatur:vt diutius siccretur. vel ne alijs ptibus semina pucnāt. Piperis arborē habuit italia quōdq;. vt ait plinius. sed magnā vt est myrtus:indica vero pua est. Nostro italie piper amar̄ ē. tosta quoq; maturitas illi deest. Est et in hispania piperis arbor: cuius fructus est amarissim?:⁊ indie piperi valde dissimil. Nec vnq̄ ex pip nasci credim?: nisi in india que mater veraq; speciei est.

.LXXVIII.

De storace. Jsidorus.

Storax est arbor arabie:simil malo cidonio:cū virgule inter canicule ortum cauernatim lacrimam fluunt. Plin? vbi sup̄. Etiracē arabes ex siria reuebunt:acri eius odore focis abigentes suorum fastidiū. Cetex nō alia ligni genera ī vsu q̄ odorata:cibos q; coquūt sabei thurili ligno. Alii vero myrre. opidor vico q; nō alio q̄ ex aris fumo atq; nidore. Ad hūc ergo sanādum stiracē in pellib? bircinis vrūt tectaq; suffriunt. Eundē ad serpētes vrunt fugādos in odoriferis siluis frequētissimos. pria iudee siria supra phenicem gignit stiracem circa gabala et marathūta cassiumq; seleucie mōtem. Arbor est codex noīe malo cotoneo similis lacrime ex austero iocūdioris:int? simillitudo harundinis pgnans q; succo. In hanc circa canis ortum aduolant pennati vermiculi crodentes: et ob id scobe sordescit. Auicēna. Lubue ē arbor magna:cuius ligni et folia similia sunt arbori cidonio:et habet fructū album similem galle in quo est granum pingue:et illud quod ē in ipla melius est:ex quo oleum exprimitur. Hui? arboris storax sicca est cortex. Cum aūt inciditur arbor:exit lacrima:q̄ dicitur storax liq̄da vel mel lubue. Spēx storacis melior ē illa :que p seips̄ curzit:mellina: gūmosa:boni odoris. Adulteraf q̄q; cū oliuis ⁊ melle:puentes ad citrinitatē et nō est nigra surfurea. Calida est in primo:sicca in secūdo. Inest ei virt? maturatiua:lenitiua:calefactiua:resolutiua:Fum? e? ē sicut olibani:et olei quod ex ea fit lenificat fortiter. Cōfert diuersis ī carne. Liuitur sup̄ scabiem sicca et būidam: et etiā sup̄ botbor būidum et siccū cū oleis. Mēbra pfortat:et pbibet spasmū:et ptractōnes iunctura;. bibita ⁊ linita. et ponit in oleis laxitudinis. Retinet quod ex ea būidum est. Et qō ex ea siccum ē catarzum. Ad corzitā aūt est vltima. Cōfert etiā tussi ātique: ⁊ flegmati ac dolori gutturis. Et clarificat vocem arteriaci cum lenitate vehemēti. Digerit aute et subtiliter lenit:vrinā et mēstrua puocat: Lenit duricie matricis. Quod ex ea siccū est ventrem stringit. Liq̄da vero cum amigdale gūma soluit educendo flegma vi scosum absq; impedimento. Illud aūt quod ex grauis ei? egreditur dicit sciregi storacis secce:et hui? gūma alba. et ē gūma beremurax.

.LXXIX.

De thure. Jsidorus.

Thus est arbor arabie imēsa atq; romosa :lenissimi corticis ramis ad aceris ālitatē: amigdale mō argmaticum succū fundens et albū. Dicit aūt thus a tundendo. Jdē ⁊ libanū a more arabie vbi sunt sabei. Nā mos est libanus dicitur:vbi thura colligunt. Plinius vbi sup̄. Attolluntur in arabia colles alti:in planāq; decurzunt arbores thuris nate sponte terzā argillosam esse puenit:rarie fōtibus ac nitrosis. Attringūt et minici pagus alti? : p quos euehitur vno

tramite angusto Hi primi ꝓmercũ thuris fecere maxi meq3 exercent:a quib9 ꝛ minicum dictũ ẽ Nec ꝓterea arabum alii thuris arborem vident. Ac ne hoꝛ q̃dez oĩes.ferunt.ccc.nõ amplius esse familiaꝛ:que id ius sibi vendicẽt.ideoq3 sacros eos vocari ferũt. thura ꝑ arabiam nõ insũt alicui terre.ac nec illi quidem vniuer se.In medio eỹ sũt fere attramite pago sabeoꝛ capite regni.Sabota in excelso monte:a quo octo mãsionib9 distat regio coꝛ thurifera.Saba appellatur quod sig nificare greci misterii dicũt spectãs oꝛtus solis estiui vndiq3 rupis inuia.et a dextera maris scopulis inac cessa.In estu flagrantissimo circa canis oꝛtũ vindemia ꝓioꝛ et naturalis esse dicitur :quia tũc maxime ꝓgnãs esse remissumq3 tẽdi cortex arboris videatur:laxatur hic plaga:nõ admittit. Indeq3 pfilit spuma pinguis que cõcreta densatur. Adulteratur apũ nos resine can dide gemma pẽsimili. Probatur aũt cãdoꝛe:amplitu dine:frãgibilitate:carbone:vt statim ardeat Itez i li. xiii.Thus furie masculafert:sterili femina. Ex libro de naturis rerum.Thus est arboꝛ nobilis:immensa:ar q3 ramosa:tenuissimi corticis: folio piri minoꝛe atq3 sub rutilo Naturalis eius vindemia est circa canis oꝛtum estu.s.flagrantissimo:qñ maxime videtur ꝓgnãs:tenuis simusq3 cortex eius.Tunc utq3 cortex minuto vulnere lacꝛatur.exinde pfilit spuma piguis :que cõcreta dẽsat et obduratur. Secũda vindemia est in ĩicio hiemis:sz quod tunc exit ruffum est nec ꝓioꝛi comparandum.

.LXXX.

De gũmis et succis arborum. Actoꝛ.

Hec de arborum natura dixim9. Nunc restat de gũmis vl de guttis siue succis ex eis pfluẽtib9. Isidorus. Gũma vl gũmum grecum nomez est:hoc enim illi dicũt gummi. Arestotiles in lib.de vegetabilib9.Arboꝛes quedam habẽt gũmi:vt amig dali .planta siquidem que lac emittit:lac i medio habe bit:eritq3 calꝛ subteri9 fortis:ꝛ vnctuositas fit. Cuz q3 calor digerere ceperit:vnctuositas in humoꝛẽ istuz verteꝛtur:et ipm coagulatõe parua coagulabit. Sicq3 locus calefiet et aqua vnctuosa simulis lacti fiet. Tũc elevabitur ab humoꝛe vapoꝛ :qui lac illud attrahet ad extremitates:et calorem apparentez retinebit humoꝛ. Cũq3 frigus apparens in arbore fuerit: coagulabitur lac:postꝫ a loco exieꝛit:et inde gũmi fit .Gũme sũdez calide distillando egrediũtur: et cũ acrem tetigerit:co agulabunt.Quedã vero manẽt in loco tempato:et sũt simules aq̃s.Quedã manãt et cõgelant:similes lapidi bus vl conchis.Sz quod gutratim manat remanẽs in forma sua:erit arboꝛ que dicit alcafur. Quod aũt alte ratur vt lapis erit in apparentia frigidũ valde:et ipm calꝛ faciet apparere:cũq3 emanauerit lapidesceꝛ:qõ i terra calida fit. Plinius vbi sup̃. Gũmi ex egiptia spina ꝓuenit cẽ optimũ:vermiculatũ:colore glauco:pu rum:sine coꝛtice:dentib9 adherens ꝓtiũ ei9 i libras xii.Beteri9 aũt est ex amigdalis amaris ꝛ ceraſis:pes simũ vero ex prunis.Fluit et ex vitib9 aptissimũ infan tiũ vlceꝛib9:et aliquãdo in olea dentiũ doloꝛib9 Almo etiã in coꝛico mõte ceciic ac iuniꝑo ad nichil vtiles: et ex vlmi gũma nascũtur ibidem culices.Fit etiam ex sarcocolla:sic eñ vocatur arboꝛ. gummi simile pollini thuris:pictoꝛib9 ac medicis vtilissimũ Ideoq3 melioꝛ ẽ alba q̃ ruffa:ꝛ eius ꝓcium quod sup̃. Idem i li.xiii. Arborũ succi manãtium:picem:resinamq3:alie in eu ropa serũtur:alie in oriente Asia que interest vtrimq3 quasdã habet. Idem i libro xvi. Arboꝛes que gũmi gignũt:postꝙ germinatiõnem aperuerint: et gũmi nõ nisi fructu detracto spissatur. Auicenna li.ii. Gũmi spes caliõ sũt oẽs Est ãt gũmi stipticũ ꝛ glutinatiuũ cũ extic catiõe Tussim calidã lenit:et nocumẽtũ vlcez pulmoĩs expellit:vocẽ clarificat .stomachumq3 ꝓfortat.ꝛ gũmi eligendum est quod meli9 est arabicũ .est eñ puꝛ hũs ligni modicum.

.LXXXI.

Qualiter in eis variatur aqua nutrix om nium. Ambroſius in hexameron.li.iii.

Una quidem et eadẽ est aqua que ẽ nutrix oĩm :ꝛ i diuersas plexq3 se mutat species. Aut iter floꝛulenta discoloꝛ. Aut inter lilia fulgentioꝛ : aut inter rosas rutilãtioꝛ:aut inter gramia liq̃dioꝛ:aut in palude turbidioꝛ:aut in fõte pspicacioꝛ: aut in mari obscurioꝛ Assumpto eñ locoꝛ q̃bus influit coloꝛe:de curꝛit. Rigoꝛẽ q̃q3 parit rõne ꝓmutat:vt inter vapoꝛã tia ferueat:iter vmbroſa frigescat.sole repercussa estuet nimbus rigata glaciali hũoꝛe canescat. Sed et sapoꝛ eius tempoꝛe quertitur:vt nũc asperioꝛ: nunc amarioꝛ nũc vehemẽtioꝛ:nũc asterioꝛ. Nũc dulcioꝛ:ꝑ specie reꝛ quib9 infusa fuerit q̃litate variet. Asperatuꝛ in matu rioꝛibus succis tuso coꝛticis:nucis foliisq3 ꝓtritis. Ab sinthio fit amarioꝛ:vino vehemẽtioꝛ alliis austerioꝛ Ve neno grauescit.melle dulcescit. Si aũt ei lentiscus tere bintbi quoq3 fructus vl nucis interioꝛ misceat in olei mollem naturã facile trãsfundtur. Cum sit aũt alitrix oĩm virgultoꝛ:diuersos singulis vsus mistrat. Si ra dices alat vel nubib9 fusa descendat: discretas oĩbus vires dat:radicem impinguat:radicem pucbit:ramos diffundit:folia virescere facit:fructũ alit:semia pomo rum augere ꝓsecuit. Ergo cum eadem oĩm nutrix sit quedã arboꝛ genera succus ferũt triſtioꝛes alia discolo res:alia tardos:alia ꝓmaturos. Ipse quoq3 inter se dis crepant suauitates :alia suauitas in vinea:alia in olea alia in ceraſo:alia i ficu:discreta in malo:dispar i dac tilo. Tact9 tpe aque:alibi lenis est:alibi saperioꝛ:plexq3 pinguioꝛ. Podere quoq3 frequenter distat et specie Nã alibi leuioꝛ est: alibi grauioꝛ. Nõ est ergo mirum si cum ipa in se discreꝑet: discrepẽt etiã inter se arboꝛ lacrime:que eiusdem aque alimonia generãtur.et cum vna oĩm sit causa :diuersus singuloꝛ sit vsus: diuersa natura. Aliam vim habet lacrima ceraſi:aliam lenti sci:dispaꝛe quoq3 balsami guttã:odoꝛata oriẽtis ligna sudare ꝓduntur. Diuersum quoq3 lacrimaꝛ gen9 vir gulta ferulaꝛ i egipto. Ac lilia quadã vi nature secre toꝛes illacrimant. Quid aũt referã. Clementẽ licet esse ſmonem:q3 electꝛ lacrima virgulti sit:ꝛ in tantam ma teriẽ soliditatẽ lacrima durescit.

.LXXXII.

De ammonica gutta. Isidorus.

Hammoniac9 dicitur lẽtus succus :qui pfluit ex arboꝛe in affrica:q̃ meloſlos punica lingua voꝛ. Plini9 in li.xii. Ethiopie affrica subiecta la crimam ãmoniaci stillat in aremis suis. Dicta ab ãmoꝛ nis oꝛaculo:iuxta quod arbor gignitur. Huius genera duo sunt. Trastõ q3 masculi thuris babz simulitudiem et hoc maxie ꝓbatur. Altez pingue ꝛ arenosum quod pirama dicitur. Adulteraꝛ eñ aremis velut nascendo apꝑhensis. Igitur q3 minimis et puriſſimis glebis ꝓ batur. Idẽ in lib.xxiii. Ammoniaci lacrima:mollit: calefacit:discutit:dissoluit. Claritati vsus in collyriis ꝓuenit:ꝓuritũ cicatrices:albugines oculoꝛ tollit:dẽ tiumq3 doloꝛes sedat. Pꝛodest disponoicis et pleureti cis pulmonib9:vesicis:vrine cruente:lieni: ischyadicis potũ. Articul9 podagre:cuz pari põdere picis aut cere aut roſacco coctum:aliũ sistit sed et duricias emollit. Platearius. Ammoniacum calidum est in secundo gradu:siccum i tercio .Hoc gũmi valet contra tussim antiq3 humectam:et ꝓtra virtũ splenis Auicenna. Ammoniacũ calidum est in fine tercii:siccuz in primo Aliqñ notatur id ꝓ quod aux adheret quia ꝑgamena et libri eo deaurañ. In ipo sunt resolutio et exiccatio fortes:mordicatõ nõ fortiſ.aptio vero rãta vt curꝛere

faciat sanguinem ex orificiis venarū. Et ingreditur in rectificatōe solutiuoz. In ipo est lenificatō: lenit aspe ritatē palpebraz: et abstergit albuginem. Cōfert huī ditatib⁹ oculi. Cōfert etiā vulneri⁹ malis: z corrodit carnem malā: et facit nasci bonā. Idem cōfert asme et difficultati anhelitus z ei⁹ dilatōi qñ transglutiſ cum melle: vl' aqua ordei. Mūdatqz vlcera velamis. Et cō fert pfocatōi que est ex flegmate et colera nigra. Bi bitū quoqz cōfert duricici splenis et epatis. Et simlit cū aceto limitū: et pfert ydropisi. Limitū etiā z cataplas matū cōfert scrophulis: et nodis: z apostematib⁹ Cum melle vl' aqua ordei bibitū pfert doloz ischyatice et ti ozum et iuncturaz. Itez puocat vrinā: ita ut sanguinē mingere faciat. Interficit ascarides: et solutōe educit exire facit embrionē sive viuū sive mortuū: et mēstrua puocat. Cōstantin⁹ i li. graduū. Ammoniacū calidū est in tercio gradu: siccum in secūdo. Mollitiue z dissolutiue virtutis est. Valet ischiaticis: podagricis et ar teticis: purgat de viscoso flegmate potatum. Spleneti cos curat cū oximelle. Emplastrum ex eo factū cū acē to compositum et sup splenē positū et epar durū: mox duriciam curat. Lumbricos et ascharides occidit. Uri nā z mēstrua puocat. Apostemata in articul' z i neruis nascentia: et grossas ventositates et scrofas dissoluit. Si cataplasmatū cū melle et vino fuerit albedinez ocu lorum detergit: et asperitates palpebrarum lenit.

.LXXXIII.

De asa fetida. Platearius.

Asa fetida est gūmi arboris in trāsmarinis pti bus nascētis. Et ē i q̄rto gradu calida et sicca Estiuo tempore colligit: z qz maxime fetet asa fetida: fetida dicitur. quantoqz fetidioz tanto melioz: diu absqz corruptōe seruari valet: et in loco mediocri sicco seruari debet: virtutē hz attrahēdi: dissoluēdi: cō sumēdi. Pilluleqz ex ea formate simpliciter aut cū ouo sozbili: in sero exhibite: pſunt asmaticis ex humida cau sa laborātib⁹ maxime. vl' cū sirupo violacco dētur pur gatōe pcedente. Nec aliquid vehemēter diuisiuū: aut valde siccū vl' frigidum: dari debere in pectore patien tibus: nisi pri⁹ hyatea vl' butiro vngatur locus. Con tra quartanā vl' quotidianā purgatōne pcedēte asa fe tida in vino et malo terze cauato decoquit: et colatuo melle addito vl' zuccaro ante hozam accessioni patien ti datur. Suppositoziū ex asa fetida et galbano factuz vl' ex asa sola prius oleo vel melle ul' butiro inunctum ne ledat interioza: miro mō secūdinā educit: z mēstrua. Ungentum ex asa et āmoniaco ac cera et oleo factum splenem mollificat et mūdificat. lacqz coagulatū i mā millis soluit. Itez asa foramini dentis imissa: dolorez eius placat. Gargarismū factum ex aceto et aqua de coctōis ase atqz rosaz matricem tumefactā desiccat: pcedēte tū purgatōne hytra paralisim et podagram z arteticam et appoplexiaz z hytra omne vitiū ex frigida causa. Asa fetida z petrolium simul ad ignem resoluū tur: et in tali liquore puluis castorei et euforbii ac sul furis viui apponuntur: additaqz cera cerotum efficit: et in loco patienti supponitur: vl' vngento patiens inū gitur. Si vitio cerebri fiat epilepsia: tunc inungatur pa tiens circa spatulas et spinam et collum et etiaz caput Si vitio stomachi: tūc pars illa inungatur: hytra alias etiā passiones inungātur loca simpliciter patētia. Un gentum etiam ad podagram: ciragram: arteticā ischi aticam: et hyractōnem vl' indignatōnem neruorum ab esculapio est inuentum.

.LXXXIIII.

De balsamo. Isidorus.

Balsami succ⁹ opobalsamū dicit: de quo scilicz sub hoc noīe plenius dicetur. Byasconides. Balsami succus optim⁹ est recēs: et odore ve hemēs: sincerus: serenus: lenis: remordēs: linguamqz mediocriter rodarguens. Adulterat aūt oleo cipr̄mo: vel lētiscino: vl' balanino: siue mirtino: vel melle mixto: Sed optimū est quod in aqua mūda stillatum nō ptin⁹ diffunditur. imo potius desider. et p⁹modū rotā aquam albidā facit: et lacti admixtum illud in caseum stringit Habet aūt vires acres: calefacit et relaxat: siccat: et ex tenuat. Dic succ⁹ opabalsamū dicit. Pli. li. xii. Bal sami lacrime pbato ē vt sit pinguis: tenuis: ac modice ruffa: et in fricādo odorata. Scō⁹ cādido colo⁹ ē peioz viridi: crassusqz pessimus: Niger quippe vt oleū sene scit. Maxie pbatur quod ante semē fluxit. Adulterat semīs succo. vitiatur et oleo rose cipr̄i: lētisci: balani: terebinthi: mirti: resina: galbano: cera: Cipria circulo cādido cingitur. Suma aūt ei⁹ pbatio ē: vt lac coagulet et in veste maculas nō faciat. Ut autē e ramo arboris fluat: vitro lapide vel ossets cultell' incidit. Nā si ferzo leditur ptinus moritur. Razi. Balsamū lapidem frā git: et pessariz̄atū ad impgnandū valet. Ex li. de na tura re. Liquoz balsami sup oēs liquores vim pene tratiuam habet: intrā vt cum sol incanduerit ei⁹ gutta in manu infusa sustineri nō possit: sed statim penetrat.

.LXXXV.

De bernice. Platearius.

Bernix est frigide ac sicce complexionis in scō gradu. Et est gūmi cuiusdam arboris que nas citur in ptibus transmarinis. Cepore siqdem estiuo ex arbore illa quedā gūmositas effluit: q̄ actōne calozis exiccatur et induratur ac bernix appellat. Hu⁹ tres sunt species. Quedam colozis est subcurrini: q̄daz subruffi: quedā subalbidi: et quecunqz sit eius species eligenda est vt bona: dummō lucida sit et clara Habz qz virtutem ex gūmositate sua hyglutinandi: clarifican di z hyeruandi. Quod ex hoc satis patet: quia pictores sup̄ colores alios eam ponunt: vt luceſcat: alioſqz colo res hyeruet. Diu hyuari potest: et vsus ei⁹ talis ē. Cōtra fluxū sanguis e naribus puluis ei⁹ cum albumine oui hyfectus. timporibus et frōti supponitur. z hoc simpas ma dicitur: q̄ fit ex hyglutinantibus. Puluis etiā eius inicitur naribus. Cōtra vomitus colericū ex puluere ipi⁹ emplastr̄ ex olibano et oui albumīe hficit: ac pec torii furcule supponitur Idemqz fit hytra diseteriam addito aceto: et pectini suppomit. Puluis etiā ei⁹ i ouo sozbili datur. Beniqz valet puluis eius hytra solutōne interiozem et exteriozem. Sed et salernitane mulieres apponūt eūdem ad clarificādum facie.

.LXXXVI.

De bidella. Isidorus.

Bdelle arboref idie ac arabie lacrima melior ē arabica Est em̄ lucida: albidā: lenis: pinguis equaliter cerea z q̄ facile molliat. nec ligno vl' terze hymixta: amara: bom odozis. Nā ex idia sozdida est et nigra et maiozi gleba. Adulteratur autē addito gūmi q̄ nō ita gustum amarificat. Byasconides. Bi della lacrima ē arboris q̄ in armenia nascit: z in modū resine manat. Probabilioz est arabica: q̄ indica: Pōt aūt calefacere: relaxare: z vt traditur. neruoz hnoda tōes soluere: duricias mollire: iudozes mouere: Urinā z mēstrua puocare singultus atqz ventositatē soluere lapides in vesica frangere. Miscetur etiā triacis me dicaminibus: tūnozes soluit: duricias spargit: diuersis phibet: tussim mitigat: morsibus venenatis occurrit. dolorib⁹ lateris subuenit: neruoz indignatōnem mix to vino vl' aq̄ depellit. Hec oia opatur: q̄ malactice et opatiue virtutis est: et ideo potest calefacere: strictura relaxare; z ea q̄ sinus z collectōnes habent euaporare

Auicenna. Bdellium: aliud iudaicum: aliud medū Judaicum aliud est siculum. Aliud arabicum: quod est aliud a bdellio palmaz siluestriuz: z ābo sunt ex palmis

siluestribus. Mechum autem est ex fructu palmarum siluestrium. Melior duar gũmarum est illa que ẽ varia amara: r clari saporis: r est mũda a lignis r est facilis resolutõis: boni odoris: cuius fumus habet odorem picis. Et cum antiquatur bdellium iudaicum: egredit alenificatõne ad exiccatõnem. Mechum est frigidus et siccum. Et aliud est calidũ in fine primi. Lenitiuum et ppric siculum Et arabicũ exiccat tempus Resoluit tragς sanguinem cõgelatũ. r est lenificatiuũ maturati uum: disrumpit ventositates. Et siculũ est vehemẽtis lenificatõnis. Et arabicũ est siccius eo nisi recẽs. Resoluit apostemata dura r ppric dissolutũ cũ saliua ieiunii. r similiter resoluit reliqua frigida. r valet ad pluria alia.

Actor. Bidella. vt estimo. nichil aliud ẽ q̃ bdellium de quo superi⁹ inter arbores habitũ est Nam isidorus nõ loquitur de bidello sub hoc nole sz rãtũmodo de bidella ũgẽs lacrimã cũ arbore. .LXXXVII.

De borace. Platearius.

Borax ẽ gũma cuiusdã arboris trãs mare nascẽtis. Et ẽ calida et sicca in medio quarti grad⁹ In estate siquidem effluit quedam pura visco sitas ex arbore illa: q̃ caloris actõne ꝑdensatur et indu ratur. Effluit etiã quoddã impur et aliquãtulũ molle ac feculentũ r terrenũ. Est aũt borax eligẽda q̃ alba ẽ et dura et lucida. Si vero superfluitates habeat abiicie da. Ad faciem clarificandum: et pannũ remouendum valet maxie qui post ptum fit. vel si fiat ex caloze solis puluis ei⁹ cum aqua rosacea ꝑficitur et facies illinit Ad mũdificandum faciem ac depurãdum ꝑficiunt eã mulieres cum albo melle mixto r decipumato. Ficiunt etiã cũ vngento citrino. Sed et cum axungia gallina cia resolura et puluere boracis vngentum conficiunt et facies illuminat. Ad mẽstrua puocanda: et ad fetum mortuũ educendum ac secundinaz: fit ex borace et suc co feniculi gallici coctis simul in vino suppositoriũ.

.LXXXVIII.

De camphora. Constãtinus vbi supra.

Camphora est gũma cuiusdã arboris in india: que in tercio gradu ẽ frigida et sicca. Calorem cephalicã: colericã: vl' sanguinolentã passionẽ naribus applicata vel cum sandal et aqua temperata mutgat Huiꝰ eñ cõfectio principalia mẽbra: sensusq; ꝓpter calorem defectum ꝑfortat. Odor ei⁹ affectꝰ extingit libidinez: potata vero melius opatur. Porro affectacta citius venire facit canitiem. Luz medicina stupefacit aliq̃tulũ ex ea colericã solutõem purgat. Ster nutatio vero ex eo et succo palme puocata: sanguinez de naribus fluentem ꝑstipat. Auicenna. Camphora plures habet species. Inter quas ẽ illa: que pmixta est ex ligno suo: et ex eo quod ex eodem ligno sublimatuz est Dixerũt aũt q̃daz q̃ ẽ arbor magna nõ facies boib⁹ vmbram: cui leopardi adherent Nõ ergo nisi in noto ãni tempore puenitur ad eam: et est spõgiosa marina: hoc est lcõm q̃ estimauerũt q̃dam. Lignũ ei⁹ multoties vidimus. et ẽ lignum album: frangibile: leue: in cuius rimis q̃q; ꝑtinetur aliquid de vestigiis cãphore. Est aũt frigida r sicca i tercio gradu. Laniciez accelerare facit r apostemata calida. pbibz Cũ aceto fluxũ sang uinis ex naribꝰ pbibet. et loda calide ꝓfert In febribꝰ facit vigilias. Et calefactor sensus cõfortat: et ꝓfert alcole vehementi In medicinis etiaz obtalmie calide confert. abscidit coitum. generatq; lapidem vesice ac renum Et ẽstringit fluxum ventris colericum.

.LXXXIX.

De cedria et colofonia. Isidorus.

Cedria est cedri resina: que in ꝑseruandis libris adeo vtilis est: vt ex ea perliniti nec tineas. pa ciatur: nec tẽpore cõsenescant. Plini⁹ libro xxiiii. Cedros magna: quam latini cedrelaten vocant. dat picem que cedria dicitur: dentium doloribus vtilissimam: frangit eñ eos: et extrahit ac dolores sedat.

Dyascorides. Cedria pix cedri est. Est autem illa p: babilis et vtilis que est spissa r sapida: r in odore fortissima. In qua cum digitum tinxeris pinguedie sua rarius deflut. Virtus est ei siccatiua et recorporatiua: Quapropter nimietate sui celoris inuncta pellibus vrit et siccat. Caligines oculoruz detergit. glaucomata cicatricesq; limpidat. In foramine dentiũ missa: vbi dolor fuerit: eos crepare facit. et ore diu retenta doloꝛez dentium excludit: Itez sinanticoruz causas curat: fauceseq; si deintus vnxeris tumores eaz tollit. Pedi culos et lẽdes inuncta pnecat. Cum sale et vulcore bubita morsib⁹ serpentuz occurrit. percussiuz leporil martini sanat. Strumat: eis etiam inuncta medetur. vulnera pulmois optime purgat. Multi oleum ex cedria dum coquitur desup cum pẽna colligunt: et scabies ac pedi culis asalium pdest: vulneribus etiã adhibetur.

Platearius. Colofonia est gumma cuiusdã arboris: que mlta quantitate in grecia reperitur. Unde et pix greca dicitur. Est autẽ calida in secundo gradu. sicca in primo: Eligitur illa que nigra est: et interius lucida. Virtutẽ habet calefaciẽdi: r ex gummositate cõglutinandi Usus ei⁹ ad pilos de facie rollendos: et faciẽ dealbandã. Et contra asma ex frigida causa. .XC.

De dragaganto. Idem.

Dragagantũ est gummi cuiusdã arboris vltra mare nascentis. Humiditas eñ effluens ex actõne caloris densatur. et in gummi substantia mutatur Est autem frigidum in secundo gradu: humidum in primo. Huiꝰ triplex est mancries. Est cum album quod melꝰ est si sit clarũ r purum. Est et subruf fum et citrinũ qđ nõ est adeo bonum. In medicinis frigidis album ponit Subruffuz autẽ vel citrinum in calidis. Per annos quadraginta seruatur Virtutẽ habz infrigidãdi: mundificandi: humectãdi: conglutinandi: Usus ei⁹ cõtra siccitatem pectoris. Contra calidã tussim et siccam. contra sitim: contra fissuras oris r labioꝛũ: et palati exulceratõez vel excoriatõnem. Ad faciẽ dealbandam: et pannũ superfluuz remouendũ. contra calida apostemata. contra cõbustiones. contra disenteriã.

Auicenna. Dragagantũ est natura frigiduz: ad siccitatẽ declinans. Virtus est ei sicut gummi: et in ipso similiter est pauca exiccatio. et ponitur in alcofol eo modo q̃ ponitur gummi Constantinꝰ vbi supra. Dragagantuz frigidum est in secundo gradu. humiduz in primo. In collirio mittitur: eo qz tussis placatur: et aspitas cannaliũ pulmonis r lingue mitigatur. et vox clarificatur et confortat. Hoc etiã contra punctõnem renum et vesice vulneribus factam vl' ad scabiem valet et aspitatem lingue lenit Repugnat r obstat acumini potõnis ne intestina vlcerentur. .XCI.

De euforbio. Platearius.

Euforbium est gummi cuiusdã arboris crescentis in india. Est aũt calida et sicca in ãrto gradu: subruffi vel citrini coloris. Habet virtutez laxãdi et contrahẽdi: attrahendi: et flegma purgandi. Valet cõtra arteticam: podagrã et ciragram: et cõtra fistulas Valet et epilenticis et obliuiosis. r eis qui subito amittũt loquelã in febribꝰ materia circa posteriorẽ partẽ capitis existente. Est etiã inde sternutatoriuz optimuz: q̃ cuacuatur a capite materia. Et ꝓpue valet in liturgia. Eius puluis naribꝰ insufflatur. Vel pulꝛis ei⁹ cum aqua rosacea resoluitur: r pẽna intincta naribꝰ apponitur Auicẽna Euforbiuz gummi calidum Cuiꝰ virtus post tres annos vel quatuor alteratur. et qđ antiquatur tendit ad pallidꝛitatẽ r citrinitatem: nec

dissoluitur in oleo: nisi cum difficultate: recens autem econtrario Sed dixerunt quidam q cum fabis excorticatis in vase positum: seruat virtutem suam. Quod de illo bonum est: recens est et clarum. citrinus ad pallorez declinãs. acuti odoris: et vehemẽtis acredinis. Aliud autẽ ab hoc adulteratum est cum sarcocolla et gũmi. Hui⁹ virtus est subtilis. adustiua: et abstersiua: et recens vehemẽtioris est calefactõnis q̃ asa: Cum pipere z cinamomo ac similib⁹ mixtũ ꝓfert ischiatice: cuicitqz cortices ossiuz in vna die. Inũgitur eo paralisis: et tremor: ac stupor: et confert valde. Colliriũ ex eo factum est abstersiuuz. Sed pdurat eius medicatio tota die. Idcoqz miscetur cuz reliquis collitiis: aut cum melle Confert aque citrine: et renum frigoribus: et colicam habentibus. Os matricis vehementer coartat: ita vt medicine aborsum facientes fetũ cucere ꝓhibeat. Soluendo. vt dixerunt. educit flegma viscosum in vtriqz anchis ac dorso ac intestinis retentũ. Interficiũt aũt z. tres: eius in tribus dieb⁹ exulcerando. stomachũ et intestia. Et dixit filius mesange: q̃ eius rectificatio est: vt non multum teratur: et vt cum succo liquiricie misceatur: et cum oleo amigdalino limatur: Dixerũt etiã quidaz: q̃ si cutis capitis a venenoso verme puncti: findatur z q̃d eaz sequitur: vsqzquo crancuz appareat et in ea ponatur hoc gũmi tritum: nõ ei aduenier hui⁹ rei nocumẽtum. ¶ .xciii.

¶ De gummi arabico et gutta. ¶ Platearius

Gummi arabicũ dicitur: eo q̃ in arabia reperitur. simile est dragaganto. z est calidum et humiduz in gradu primo. Excess⁹ eius nõ determinat ab autoribus: Hui⁹ triplex est differẽtia Unuz videlicet album q̃ melio⁹ est: et tale est eligendũ quod clarum est. In frigidis ponendũ est medicinis: et precipue in dyadragaganto. Est etiam citrinum et subruffum quę similiter clara: sunt eligenda: et in calidis medicis ponenda. Cum aũt simpliciter inuenat gummi arabicũ album: est ponendũ Habetqz virtutẽ relaxandi: humectandi. lenienti. Contra lingue asperitatẽ in aqua donec conglutinet: et inde lingua humectat atqz fricatur Contra vomituz ex defectu ꝓtentiue virtutis dat⁹ pulueis eius cuz puluere cinamomi Contra fluxuz muliebris datur puluis eius cũ puluere sanguinis draconis in aqua calida: Fit etiam suppositoriũ aut pessarium Idem et eodem mõ naribus iniectum sistit sanguinis fluxum. vel inde fit sinapisma circa timpora. Cõtra siccaz tussim et siccitatẽ pectoris daf aqua decoctõnis ordei cum puluere gummi arabici ¶ Auicenna. Gummi species omnes calide sunt. Inter quas melio⁹ ẽ gummi arabicum: est enim. vt dictũ est. purum habens ligni parum. Et ẽ stipticuz z glutinatiuum cum exiccatõne ¶ Constãtin⁹ vbi sup. Gũmi arabicũ similiter operatur vt dragagantũ gummi: tamen ficci⁹: ac stipticuz magis pinde confortat stomachũ: et arcet sãguinis fluxũ mixtum cũ oui albumine: contra ignis vstionẽ fit optimũ ¶ Glosa sup ecclesiasticũ. Gutta q̃ et ammoniaca dicitur quaslibet duricias curat: lacrimaf stillat in barenis ¶ Actor. Require de eo sup̃ vbi dictũ ẽ de ammoniaco. ¶ .xciiii.

¶ De Ilarabe. ¶ Ex sinonimis

Rarabe vulgo labra vocatur: et dicit gũma licet lapis esse videat ¶ Auicenna. Rarabe gũma ẽ tendens ad citrinitatẽ z albedinẽ: et q̃qz declinat ad rubedinem: attrahit paleas z fracturas plantarum ad se: z ideo nominatur Ilarabe. s. rapiens paleas per se. Est autem arboris gummi quę dicitur nux romana: quę cõposita ẽ terzeitate subtili z aqueitate sicca. z ipsa ergo ẽ ꝓposita ex aqueitate rẽpida: et terzeitate iã subtiliata. Nasa est parũp calida: i secõ gdu sicca Est aũt restrictiua q̃ppe sanguis cuiuscũqz loci fuerit Euiqz virtꝰ simil⁹ ẽ virtuti floris sue arboris: iz eo frigidior existit. Cõfert tremori cordis cũ aq̃ frigida bibitũ: ꝓhibetqz valde sanguinis sputũ. Retinet vomitum z ventris fluxũ: materiasqz malas a stomacho ꝓhibet: et cum mastice cõfortat stomachũ. Cõfert etiã tenasmõ et. vt dicunt quidã. sup apostemata calida suspensum cõfert eisdem. ¶ .xciiii.

¶ De lacta et licio. ¶ Ex sinonimis.

Grues excelsa petunt: quo facilius videant: aspectant terras Castigat autem voce que cogit agmē: at vbi rauescit succedit alia. Nocte autem excubias diuidunt: z̄ ordinem vigiliaꝝ per vices faciūt: tenentes lapillos suspensis digitis: quibus somnos arguant: quod cauēdum est clamor indicat. Aristotiles. Grues p̄cipue loca sua post equinoctiū autūnale fugiendo hiemem dimittūt: z̄ post vernale redeūt vna est que clamat inter illas de nocte: cuius vocez cū audiunt venatores sciunt: q̄ non remanebūt in locis suis aues iste. Grues autem in mediterranea fugientes tempestatem p̄sagiunt. Cū ār ad alia loca se trāsferūt prius ascensione multa volando ascendunt: vt considerent equalitatē aeris ad quē trasferre se volunt Am broꝰ libro. v. Amant grues pegrinari frequēter. In his etiam residentib⁹ dispositos vigiles cernas: aliis em̄ quiescētib⁹ alie circueunt z̄ explorant ne ex aliqua parte temptētur insidie. Impleto aūt tempe. vigiliarū illa que hoc officium compleuit: in somnū se premisso clamore componit. vt excitet dormientem: cui vices officii traditura est. at illa nō inuite et sponte z̄ impigre somno excusso: vicem consequitur. Et si quid cauendū fuerit vel viderit clamore hoc alios indicat Hunc etiā ordinez volantes seruant z̄ hac moderatione omnez labozem alleuiant vt per vicel ductus sui mūere fungāt Precedit em̄ vna prestituto sibi tēpore vnde cōuertitur

sequentiqz sortem ducendi agminis relinquit. ¶ Solinꝰ. Manifestum est in septẽtrionalẽ plagaz hieme grues frequẽtissimas volare: euntqz sub quodã signo militie. Me autez pgentibꝰ ad destinata vis flatuũ reuertaf barenas deuorant. sublatisqz lapillis ad moderatam grauitatez subarrãtur: põtum transiture ãgustias captant. Cumqz contra medium alueũ aduentasse se sciũt scrupulozꝫ sarcina pedes liberãt: z ita naute pdiderũt cõpluri sepe ex illo casu imbze saxatili: barenas nõ priuf reuomũt. qꝫ secure sue sedis fuerint Concors omniũ cura pfatigatis: adeo: vt si qua defecerit cõgruãt vniuerse lassataqz sustollũt: vsqz dum vires ocio reparentur. Nec in terris cura segnioꝛ excubias nocte diuidunt: vt sit exsomnis decima. queqz vigiles ponduscula digitis amplectũtur: que si forte excederint somnũ coarguant.

¶ xciii.

¶ De eodem ¶ Ex libzo de naturis rerum

Grues volando se opponũt. fidensqz flatu preit cateruas: que nunc volatu est prima. alias sine luoze fit postrema. Dimisqz volant omnes sub quodã militie signo. Et quia circa medium ponti alueum cum aduentasse se sentiunt scrupulozꝫ sarcina pedes liberãt. Inde est qꝫ aliquãdo crediderũt naute saxatiles imbres descendere. Grues aliquando vsqz ad extrema terre volant: vt terram pplexionibꝰ suis aptam inuenant. sempqz volando se vento opponunt. Dicit arestotiles qꝫ ad plagã septentrionalem vltra egiptũ in hieme veniunt: quibꝰ pigmei homines scz cubitales occurrũt z cũ eis pugnãt. Pugna gruũ adeo fortis ẽ z ptinax: vt manu capi possint. Quãdo nubes pluuiosas ꝓspiciunt clamant et vocferant: dum ducem suũ celeriozes capta re volatus solicitant. Cum aũt super terram descenderint vt comedant. dux eaꝫ caput in altum erigit in custodiam omniũ cetere vero secure depascunt. Cum vero grues ille dozmiunt alternis pedibꝰ insistunt. Fertur ãt qꝫ pꝰ hiemẽ volãtes a mõtibꝰ ozientis barenas aureas et auricalcũ lapidem trãiglutunt: et post ĩ partibus transmarinis reuomũt. Unde dixerunt qui experti sũt qꝫ lapis quem grues euomunt: ignie meditãte transit in aurum

xciiii.

¶ De harpia. Actoꝛ.

Harpie dicuntur quedã aues maxime: que nũqꝫ saciatur mãducando. ¶ Plautus in aululatia. Harpie digitos ad pdaz extendunt: cuncta tim dos vinguibus super mensas aduolant. z qõ ꝓtingũt auferunt: qõ reliquũt polluunt ¶ Ex libzo de natura reꝝ Harpia est auis in solitudine iuxta mare ponticũ: fame rabida: fere semper insatiabilis. Ungues habet adunco: set ad rapiendũ ac discerpendũ semper paratos: faciem tamẽ hz hois: sed in se nichil humane virtutis. Nã supza modũ humanũ ferocitate grassatur. Primuz homine quem in deserto viderit: occidere fertur: etiam inde cum fortuitu aquas inuenerit faciemqz suam in eis cõtemplata fuerit: moꝛ sui similem hoiem occidisse se ꝓspiciens: immodice tristatur: et hoc aliquando vsqz ad mortem: planguqz occisum omni tempe vite sue. hec auis licet careat rõne. Aliquãdo tamen domestica et docta loquitur humana voce.

¶ xcv.

¶ De herodio. Isidorus.

Herodios greci vocant quos latini ꝓmedes: de quibꝰ videlicz supza dictũ est ¶ Glosa super psalmũ. ciii. Herodius est auis rapacissima: omniũ volatilium maioꝛ et aquilã vincit ¶ Glosa. sup deutero. Herodius vulgo girfalco dicitur: et rapit aquilam ¶ Actoꝛ. Quod ergo suprapositũ est de falcone: qꝫ ipe sit herodius iuxta radulphus videtur fuisse vitiuz scriptoris: vt vbi debuit poni gyrfalco subtracta prima silla ba ponceretur falco ¶ Ex libzo de naturis rerum. Herodius qui et gyrfale vt glosa super leuiticum dicit in loco vbi aues immũde ꝓhibẽtur: siue girfalcus vt dicit liber rerum appellatur: est auis inter omnes nobilissima coloze ceruleo: in maxima tamẽ parte coꝛporis ad albedinem declinans: ꝓterꝫ in pectoze et alis vbi celestem colozem euidentꝰ imitatur. adeo fortis est: vt aquilam capiat. adeo quoqz animosus vt cum post quinqz grues l alias quasqz aues in aere volantes fuerit dimissus: ab earum persecutione non desistit: donec omnes ad terram succedsiue deiciat. Est autem canis ad hec educatus et doctus qui herodio desuper volante ipsas aues detectas capiat et occidat. Herodius cum videt predam: excutiens se animat. z discernit an ad capiendum apta sit In altũ quidẽ ascendit: z cũ impetu descendẽdo ꝑdam deiicit. ad predam etiaz volando pedes pectoꝛi ꝓtũgit: et sic predam ferit: quã si primo impetu nõ capit: in altum ascendit et pre indignatione vix ad reclamato rẽ redit. Carnes crudas et seruatas nõ comedit: sed recentes. Est genus girfalconũ quod cognominaf sacruz z hoc validiꝰ est: et habet colorem fuscum. herodiꝰ parui coꝛporis est respectu alaꝝ suaꝝ

¶ xcvi.

¶ De ibite. ¶ Isidoꝛ

Ibis est auis nili fluminis: que semetipsaz rostro purgat: in anum aquã fundens hec ꝓpentiuz ouis vescitur: gratissimam ex eis escam nidis suis deportans. ¶ Solinꝰ. Cum arabice paludes pinnatoꝝ anguiũ mittunt examina: quoꝝ tam citum virꝰ est: vt morsum ante mors qꝫ dolor insequatur: sagacitate qua ad hec valent aues ibites exercitate. in procinctum eunt vniuerse. z prius qꝫ patrios terminos externum maluz vastet: in aere occurrant cateruis pestulentibus: ibiqz agmen deuoꝛat vniuersuz Quo merito sacre sunt: et illese pariunt. Sicqz non tantuz intra fines egiptios ꝓsunt: dum ouа ꝓpentium comedũt: vnde fetus noxioꝝ rarescunt. Sed etiam externuz malum aduenientes. vt dictum est. destruũt. nigras solum pelusiuz mittit: relique partes candidas ¶ Ysidoꝛ. Ibis sp de nocte et die iuxta littoꝛa ambulat: querens cadaueꝛ aliquod qõ ab aqua tam putriduz ciectum sit: refugiẽs altioꝛes et puriozes vndas: vbi mundi pisces habitãt quia natare nescit: nec dat operam vt addiscat: duz cadaueribꝰ delectatur ¶ Plinius libzo. x. Invocãt ibites suas egiptii contra ꝓpentiũ aduentũ ¶ Glosa sup ysai. xxxiii. Ibis eñ est auis aquatica ꝓpentibus inimica. huiõi aues ioseph⁹ a moyse dilatas in bellum contra ethiopes narrat: quia ꝓpentes abundãt in terra illa pquaz aditus erat. ¶ Ex libzo de naturis rerum. Ibis est auis super nilus requiescens: aquam tamẽ nunqꝫ ingrediens: sed ciecta cadaueꝛa comedens Que cũ cibis nimis constipata fuerit: rostro de nature secretis indigestibiles cibos detrahit. Mentiũtur plane qui dicũt ibites esse ciconias: nisi forte dicãt genus esse ciconiarum in oꝛbe nostro ignotum. Nam ibites dicit plinus habere rostrum aduncum: qõ vtiqz de ciconiis nostris falsum est: que rostrum habent longũ: directuz: in summitate acutum. hec auis oꝛe parit. et eius oua si quis comederit: moꝛitur

¶ xcvii.

¶ De irundine ¶ Isidoꝛus

Irundo est auis garrula pꝓtortuosos oꝛbes ac flexuosos circuitus ꝓuolans: z in nidis construendis educandisqz pullis solertissima. habens etiam quoddã ꝓscium: quod lapsura deferat culmina: nec apperat. Dicitur autem irundo: eo qꝫ cibos non sumat residens: sed in aere edat. Alius aũt auibus non impetitur: nec vnqꝫ preda est. Maria transuolat: ibiqz hieme cõmoꝛatur. Movit autem pia auis animum ciare aduentus sui testimonio veris initium. ¶ Plinꝰ libzo. x. Abeunt irundines hibernis mensibus: sola est

auis carne vescens ex his que aduncos vngues nõ hãt Thebarum tecta subire negãtur: qñ vbi illa sepi⁹ capra sit. Nec bizecis in thracia ꝓpter scelera: volucrũz soli birũdini flexuosi volatus et velox celeritas Ideoqꝫ nec a ceteris altribus rapitur: nec nisi in volatu pascitur. E volucrib⁹ autez ꝛrundines sunt indociles: sicut e terrestribus mures. Idem in libro.xviii. ꝛrundo iuxta aquam volitans: vt penna sepe percutiat: tempestatem signat. Arestotiles. Irundo sicut et turtur et milu⁹ non nisi in estate apparet. hieme eñ se transfert ad loca calidiora: vel latet in nido vel in cauernis. Nocet autem apibus sola inter animalia carnem habẽtia et carnem comedentia. Pullificat bis in anno et binos. Cetere nanqꝫ aues carnem ꝓmedentes non nisi semel i anno ouant et pullificant Irundo sicut cotur̃nix et columba fel habet adiacens intestino. Habet etiam pedes debiles. Quedã eñ aues sunt pedum debilitaz vel malox peduz. Ideoqꝫ dicũtur habere nõ pedes vt irũdo. Item aues parue nõ habent os stomachi latuz neqꝫ papum. sed habent ventrem longuz vt irũdo et passer. Accidit autem coruis et passeribus et irundinibus ꝙ mutantur a nigredine tendentes aliquantulum ad albedinem. facit autem irundo nidum ex luto. Ex libro de naturis rerum. Irundo est auis leuissima: rostro paruo: cauda furcaca: forma grata: nigredie decẽtissima. in ventre candida: sub gutture rufa: modicaz habet carnem et nigram: plumas multas: et alas magnas. Ideoqꝫ citum habet volatum: diem ꝓnunciãdo nũciat dormiẽtes excitat: ꝛ ad laudẽ creatoris iuitat. Apricos montiũ recess⁹ hieme petit: ibiqꝫ muda et implumis reperitur. aduentus sui tempora custodit: et aduẽtu suo veris initium pdit. Quedam in iecore lapidem celidoniuz portant: hax pulli in hoc cognoscũtur: si ꝓ signo pacis ore ad os in nido conuersi sedent. Nam ceteri qui nõ habent auersis posteioribus sedent. Irundo volãdo pascitur culicib⁹ ac muscis ꝛ apiculis. Irũdinis autem fim⁹ si oculis inciderit vim habz efficacissimã ad obcecandum .XCVIII.

De irundinũ pullificatõne Ambrosius

Irundinez accipiam⁹ materne sedulitatis in filios grand̃ documentũ Irundo minuscula corpore: sed egregio ꝓsublimis affectu. In nido constituendo taz sapiens est vt hominũ domiciliis parvulos suos cõmendet: vbi nullus eos incurser. ore festucas legit: et luto illinit: vt cõglutiari possint: sed que lutum pedibus deferre nequit: aqua pennas infundit: vt eis puluis hereat et lim⁹ fiat: quo festucas sibi colligat ꝛ herere faciat. Siqua vero eius pulli fuerit cecitate perfusi: oculos vel cõpuncti: habet quoddã genus medẽdi: qꝫ cox lumina intercepto visui alias visui reformat. Plin⁹ libro.x. Irundines nidos luto cõstruunt: stramento roborãt. Si quãdo luti est inopia: madefactum multa aqua pennis pluuerẽ spargũt. ipm quoqꝫ nidũ plumis mollib⁹ flociscꝫ cõsternũt repefaciendis outs: simulqꝫ ne dur⁹ sit teneriorib⁹ pullis. In fetu summa equitate cibos alternant. Notabili mũdicia pullorum egerunt excremẽta. Adultos etiam circumagi docent et forces saturitatez. i. stercus emittere. Alteruz est irũdinũ genus agrestiũ: que raro in domibus diuersum figura: sed eadem materia ꝓfingũt nidos totos supinos faucib⁹ in angustũ porrectis, vtero capaci. mirum qua peritia occultandis pullis habiles ꝛ substerneudis molles. Tercium est eax gen⁹ que ripas excauant: siscꝫ in terra nidificant: hax pulli ad cinerem combusti mortifero faucium malo multiscꝫ aliis morbis humani corporis medentur. Non faciunt he nidos: migrantqꝫ mltis diebus ante si futurum est: vt auctus animis attingat. hirundini primo ceci pulli sunt et omnib⁹ quib⁹ ẽ numerosior fet⁹. In vẽtre pullox ei⁹ reperiũtur celidonii coloze candido atqꝫ rubenti. Philosoph⁹. Irũdines. vt dictum est. ouãt bis in anno: sed ova prima qñqꝫ ꝓpter hiemez corrumpũtur. posteriozia vero cõplentur et faciunt pullos. Irundines et passeres pullos in cõpletos faciunt: et pullificãt pullos multos. ꝓpter hoc si extrabatur oculus irundinis pulli dum paruus est: itez crescit. Et libro de naturis rerum. Irundinis femina libidinis imagine cõcipit: aut puluere celidonii vt dicit plin⁹. hebdam. s. visui saluberrimã monstrauerũt irundines: vexatis oculox pulli illa medẽtes. Irũdinũ quedam nidificãt in domib⁹: quedam in fenestris vitreis: quedam in abruptis mõtium. Et he qualitate et q̃ritate dñt. Pullus irundinis auide clamat: ꝛ ieiun⁹: et de nocte. Stipullo irundinis extrabãtur oculi. alios natura restaurante recuperat. In eius ventre lapis inuenitur multis deseruiens vtilitatib⁹: vn⁹. s. ruffus: et alius albus. .XCIX.

De medicinis ex irundie Diascorides.

Irundis pullum primo defectu ꝓprie lune aperiens inuenies in eo lapides duos. Unum beneficum: et alterum malefic̃um. Sed cũ aperis cum caue ne terrã tangat. hic in pelle vituli vl' cervi posit⁹ ꝛ in collo vel brachio sinistro patientis ligat⁹ epylensiaz curat: si hoc assidue fiat. bi comeste quasi fi cedule gustum habent. Maiozes autem irundines si ꝙ buste fuerint: pulluis eax melle mictus et inũctus: caligines oculox detergit. hec etiam synanticis ꝓdest: et vue faciumqꝫ tumozes compescit. Esculapius. Irundinis combustio vel puluis pullox eius combustozum morbos faucium curat. Vulneraqꝫ lingue et labiozum sanat. Irundo in mulso cocta pectus optime purgat. Cor eius si bibatur idem opatur. Auicenna. irundinis cinis et maxime adusti acuit visum. ꝛ dicitur ꝙ ei⁹ cerebrum cum melle confert principio aque. Palatuz ex eius cinere tangitur ad synãciam: ꝛ confert. Similiter quãdo sallitur et exiccata bibitur. Fit autem dyascorides ꝙ quãdo venter pullis irundinis funditur: in ipo duo lapides inueniũtur: quox vn⁹ habet colorem vnum: alter vero plurimos: qui positi in pelle vituli ñ dum ad coitum incitati: et epylentici collo suspensi cõferunt. Auicenna. Irunduũ stercus valet albugini ꝛ hoc ipm esse mirabile sum exprus. Gali vbi supza Irundo si supponatur locis in quibus est sanguis corrupt⁹ aut serpedo: sanguinez illum malum fugit. hiqꝫ manifeste pficit. Irundinuz quoqꝫ combustax cinis si cum melle misceatur ꝛ cathaplasme⁹ inde collum squinãcią patientis: ceteraqꝫ apostemata gutturis: pderit. Preterea si cum melle collirizentur: visum acuunt: Si vero fisse desiccentur: triteque bibantur: suffocationem curant. Plinius libro. vicesimooctauo. Fimus irundinis decoctus ꝛ potus confert morsui canis rabiosi. Idem in libro.xxix. Irundinũ caro recens cõcepta contra spentes auxiliatur. Pulli earuz combusti cõferũt morsui canis rabiosi. Similiter et glebula ex irũdinis nido illita ex aceto Palpebras quoqꝫ dicitur gignere pullox cinis cũ lacte titimalli. Pulli irundinũ plena luna: excecantur. Restituntaqꝫ acie illoñ capita cõburũtur: ꝛ cineribus cum melle ad oculox claritatem ac dolores: ac lippitudines: ꝛ ictus vtuntur. Idem in libro.xxx. Ulcera lingue labiozuzqꝫ sanant irundines in mulso decocte. Sua ꝛ faucius dolor mitigatur irũdinum cinere cum melle. Irundines in sole seruate ad anginam bibuntur: cui malo etiam nidi eax poti mederi dicũtur. Comiciali morbo medetur cum thure sanguis irundinuz vel cor recens deuoratum. Quinetiã e nido eax lapillus impositus: statim retrahere dicitur. et alligatus in ꝑpetuum tueri. Item irundinis sanguine

vel felle pili euelluntur. .a.

De kike et koki. Ex libro de natu. re.

Rches est auis que vocib⁹ diuersis vociferat: et quolibet fere die vocem suam mutat: super arbores nidificat. et glandib⁹ qñ mature sunt: cibum congregat sufficientes sibi. Educati vero pulli eius ⁊ ad volatum roborati cibant parentes suos in senectute: faciuntq; eos manere in nidis absq; vllo labore. Rolzis est auis in cui⁹ morte. vt supius dictū est. vociferantur aues: vociferatione dolorosa et suaui. Omnes quoq; aues vncorum vnguium cum viderint pullos suos volare posse. illos petunt ⁊ a nidis eiciunt. nec postq̄ completi fuerint de illis solicti sunt: p̄ter Rolzis que longo tempe de pullis suis cogitat: et cum eis volantibus volat: eisq; ad comedēdum dat.

Actor. Idem alibi de cornice dicitur: vnde hanc auē estimo cornicem esse .a.

De lago et laro et luicidio Jorath vbi. s.

Lagus est auis aquatica: mergo vicinq; moribꝰ contraria. Nam sicut mergus tempestatē maris fugit: sic lagus in tempestate letatur ⁊ ludit. Elicius supra leuiticū. Larus est animal in terra q̄ in aqua habitās volat cū et natat. Actor: Hec est auis vt fertur que vulgo vocatur rasle. Ex libro d̄ naturis rerum. Lucidi dicti sunt: quasi lucem dantes: Nam cū auium pene per obscurum in nocte lucēt: Vñ qui eas habent qñ volunt pretactis luciferis pēnis: harum gratia vias dirigunt: In hercinio germanie saltu hec auis habitat. .aii.

De luscinia Actor.

Luscinia ipsa est filomena vt in papia legitur. Isidorus. Luscinia dicitur quasi lucinia: q̄ cantu suo solet signare diei surgentis exortū: eadē et acredula a cicerone vocatur. Ambrosius. Luscinia perugil custos cum oua quodam sinu corporis et gremio fouet insomnē longe noctis laborem cantilene suauitate solatur: quo possit non min⁹ dulcibus modulis. vt michi videtur. q̄ fotu corporis oua animare que fouet. Plinius libro. x. Luscinijs diebus ac noctib⁹ primus. xv. garrulis sine intermissu cant⁹ est: densāte se frondium germine digna miratu auis. Primū tanta vox ī tam puo corpusculo: tāq; ptinax spūs. Deinde in vna musice pfecta scientia modulat⁹ editur sonus: et nūc continuo spiritu trahitur in longū: nunc variatur inflexo nūc distinguitur concisio copulatur in torto: pmittitur reuocatur: ex inopinato infuscatur. interdum ⁊ secū ipsa murmurat: plen⁹: grauis: acutus: creber: extent⁹ Vbi visum est vibrans: summ⁹: medius: imus: breuiterq; omnia tam paruulis in faucibus: que tot exquisitis tibiar. tormentis: ars hominū excogitauit. Nec idē omnib⁹: sed suus cuiq; cantus. Certant inter se palamq; animosa cōtentio est: victa morte sepe finit vitam: spiritu prius deficiente: q̄ cantu. Meditātur alie minores: versusq; quos imitentur accipiūt. Audit discipula intentōne magna ac reddit: vicibusq; retecēt. Intelligit eīm date correptio: et in docente quedā rep̄hensio. Iraq; cesaris iuuenes habebāt luscinias greco et latino sermone doctes. Preterea meditātes in diem assiduēq; noua loquentes. Visum est sepe iussa canere cepisse: et cum simphonia alternasse: Sed hec tante tamq; artifices argutie a. xv. diebus paularim desinunt: vt nec fatigatas dicere possis: aut saciatas. Mox estu aucto in totus alia vox fit: nec modulata aut varia mutatur et color. Hostremo hieme ipsa non cernitur. ligulis cax tenuitas illa prima non est: que ceteris auibus pariunt vere primo plurimū sena oua. .aiii.

De linacho. Ex libro de naturis re.

Linachos est auis acuti visus valde. que et pullos suos antequaz habeant alas completas percutit: et ad solē aspicere cogit: et si cuius oculus lacrimetur ipsum interficit: alios vero nutrit. hec etiā marinis auibus cibatur: easq; qñq; desuper in aere leuata natātes cōtemplatur: quā ille videntes se subimergūt At illa pe aquas descendit: eas vsq; ad suffocationez ī submersione manere cogit: et tunc plumis ad superficiē aque deductas rapit. .aiiii.

De meāta et memnonide.

Meanta est auis marina maior anate: cinerei coloris habēs collū et crura breuia: glaucos oculos: rostrum ex parte croceū: et ex parte rubeū a sono vocis dicta est: semp eīm clamat. Cadauex cupidissima est: et hoc humano ꝛ. Iraq; emunēte tempestate maxime clamat: quasi tam exultans p̄da caduerū inuenta: oculum autem primo petit in cadauere. Isidor⁹. Memnonides sunt auci egiptie a loco vbi mēnō perit appellate. Nam cateruatim aduolare dicuntur ex egipto ad ilium iuxta memnonis sepulcrū. Quito eīm anno illuc veniūt: et cuz biduo cirumuolauerint: tercio die pugnam incūtes: vicissim se vinguib⁹ rostrisq; dilacerant. Plinius libro. x. Autores sunt annis omnib⁹ ex ethiopia memnonides aues ilium aduolare: et ad mēnonis tumulū confligere. Hoc idem anno quoq; quinto facere illas in ethiopia circa regiam memnonis exploratum sibi Cremucius tradit. .av.

De mergo. Isidor⁹.

Mergus ab assiduitate natādi nominatur. Hi sepe demisso ī pfundū capite: auraz signa sub fluctib⁹ colligunt. ⁊ p̄uidentes equoris tempestatē ad littora cum clamore tendunt. Vnde in pelago tam grauissimā esse tempestatez aiunt cū ad littora mergi cōfugiunt. Plinius libro. x. mergi in arboribus plurimū terna pariunt: et vere nidificare incipiunt.

Idem ī libro. xi. Insatiabilia vero animalia sunt: quibus ventre. p̄inus recto intestino. cibi transeūt vt mergis. Idem in libro. xvii. Mergi sicut cetere aues aquatice pennas rostro purgantes: aut maria et stagna fugientes prelagiunt ventū. Ex libro de naturis rerum. Mergus flumina stagnaq; innatat: et pisces persequitur: sic dictus: eo q̄ in aquis se mergat: diuti⁹ tamen sub aquis morari non valet: quoniaz in aere spiritum recuperat: qñ percuti debz in aqua mergitur. Serenus Sulpicius tradit: q̄ quedam eax species est: quā a re cornutam vocant. eo q̄ rubeas plumas in capite instar cornuum habet Contra omne genus auium pedes habent in cauda: ita vt cū in terra stant sicut homo gestu pectoris eriguntur. Has aues beatus martin⁹ diuina virtute coegit aquam contra naturaz suam deserere: et arida loca desertaq; petere Harum pulli statiz vt ouа exeunt tanto vigore pollent: vt si matrem eos pdere cōtigerit: virtute. ppria viuant. Et vt dicit experimentator in hieme p̄iuguiores sunt. ꝓpter paucitatem motus. oīe eīm animal sereno aere gaudet: ⁊ in eo plꝰ vagatur .avi.

De merillone ac merope.

Merillo auis est non multo maior merula colore quoq; ꝓpe simulis: sed rostro: pedibus: vngulibusq; dissimilis: prede cupidus est. Sed ḡa paru⁹ ⁊ parui roboris: paruaz auium est p̄secutor. Disicut accipitres ⁊ herodii socialiter volant: imbuiq; q̄ tuo: ex illis possiunt: vt cignum hoc modo capiant. prim⁹ ex eis cigni caput iuadit: sco⁹ ⁊ tercius ex vtroq; latere binas alas. quartus vero collum et pectus. Et sic auis grauida cignus angustijs circūsepta mouere se non valens. ab aucupe p̄uenta capitur ⁊ occiditur.

Merops est auis habens in dorso colorem cianeuz pectore subrutilū. in vētre pallidū: hec naturali calore

abundans antra septem pedibus altitudinis in terra fodit: ubique nidificat: ac fetus facit: et eos vsque ad robur debitum ille absconditos pascit et nutrit. Isidor⁹. Meropes siue gaulos dicim⁹ qui parentes suos recondere atq; alere dicūtur. Jozath vbi supra. Meropes solliciti sunt ō pullis suis: et quādo iam senescūt et volare nequeunt: pulli fouent eos et alunt quousq; viuunt.

.cvii.

De merula. Isidorus

Merula antiquit⁹ medula vocabatur: eo q̄ modulet̄ur. Alii autem merulā aiunt vocitatam: quia sola volat: quasi mera volans. Nec cum in omnib⁹ locis nigra sit: in achaia tamen candida est. Plinius libro. viii. Merula folio lauri fastidium animū purgat. Idem in libro. x. Abeunt et merule in vicinia: sed plumaz non amittunt: nec occultātur nisi spe cibi quo hibernū pabulū petūt. Merula ex nigra rufescit. Estate canit: hieme balbutit: circa solsticium mutat. rostrum anniculis in ebur transfiguratur: dumtaxat mar⁹. Merule circa cillenē archadie nec vsq; alibi candide nascuntur. Item incedētes saliūt alique vt merule. Ex libro de naturis rerū. Merula dicebatur olim medula: q̄a mirabiles vocis modulos reddit: maxime cum vernū temp⁹ immineret̄ ꝓspexerit. Mas hieme tacet: aut tantū balbutit. Olim merula fuit spectādū in clero miraculū: que arte humana edocta nouem nomulas in ordine secūdū musicā cantabat: ita ꝓfecte vt nullus musicoz eam aliquatenus imitari posset: paululū ꝓcordātie. Hec auis croceū q̄ntulūcūq; colorez habet in pectore. reliquum vero corporis occupat nigredo. Merula domesticata ꝓ̄ra naturam carnes comedit. hec dulcius canit: libenter se balneat: et plumas rostro purgat. Cumq; nigra sit et turpis: in delectatione mouet ieiūam, ꝓpter amenitatem vocis. Merula plumas non exuit: sicut aues cetere sed rostrum suum singulis annis mutat in candorem: et in hieme vir potest volare ꝓpter pinguedinem. Est quoddam merularum genꝰ ceteris multo maius quē agobile: i. caprimulgi vocātur vt dictum est superi⁹. Plin⁹ libro. x. Caprimulgi appellantur grandiores merule aspectu: fures noctumi: interdiu em̄ visu carent. intrant pastorum stabula: capraz q; vberibus aduolāt sucū ꝓpter lactis: quā iniuria vbera emoriūtur: capriscq; cecitas quas ita mulsere obortur. Idē vbi supra. Merulaz fim⁹ qui rubi sum comedunt: si tritus sit et cum aceto distemperatus: morpheoq; nigre supponatur: eam extirpat: sic quoq; lentiginem eliminat.

.cviii.

De miluo. Isidorus.

Milu⁹ dicitur quasi mollis auis. s. viribus et volatu: rapacissim⁹ tamen est: et semp domesticis auibus insidiatur. Plin⁹ libro. x. Miluus rapacissima et famelica semper ales. Nichil esculenti rapit vnq̄ ex funere ferculis. nec olimpie ex ara. Ac ne ferentium quidez manib⁹ nisi lugubri municipioz im molantiū. ostento videtur artem gubernandi docuisse caude flexibus in celo monstrante natura: qō opus ess̄ in pfundo. Milui ex genere accipitrum sunt sed magnitudine differunt. Milui et ipi hiberms mensib⁹ latent non tamen ante irundinez abeuntes. Traduntur autem a solsticio affici podagra. Ex libro ō naturis rerum. Miluꝰ vngues pedum et rostrum aduncum habet instar accipitris. sed alas curuas et non rectas. in quo est et dissimilis. audax est in paruis. timidus in magnis. fugatur a niso q̄ tus in triplo sit maior illo. circa macellas exeubat et circa cadavera. iecur eius medicinale plinius laudat. Glosa super hieremiam viii. Aues sua tempora norunt: quando. s. ad calida loca festinantes rigorem hiemis debeāt delinare. et a principio veris ad regiones solitas redire. Unde scriptum est. Miluus in celo cognouit tempus suum. &c. Miluus nō apparet nisi in estate: sicut nec turtur et irundo. in hieme namq; manent in nido: vel latent in cauernis arborum: vel ad loca caliditoza se transferūt. Jozath. Milu⁹ cubicus cuz a nido egreditur: in cōplemēto alarum suarum aues magnas venatur. Cumq; fortior fit magis debiles capit. In cōplemēto autem virtuz suarum muscas et culices ac lumbricos terrestres venatur et tunc fame moritur. Et auiario. Miluꝰ insidiatur auib⁹ domesticis: maximeq; pullis: et quos incautos viderit: statim rapit: Circa coquinas etiā et macella volitat: vt si quid carnis crude ꝓiciatur foras velociꝰ rapiat. Plinius libro. xxii. Milui iecur ad iuncturas oculoz vicioz laudatur. Idem in libro. xxx. Et nido q̄ q; milui furculus vitis alligat⁹ cerui cib⁹: neruis et epistomano auxiliari dicitur. Comicialib⁹ etiam iecur milui deuoratum medetur.

.cix.

De monedula et muscicapa. Isidorus

Monedula dicitur quasi monetula que cum aurum inuenit aufert et occultat. Unde Cicero p̄ valeriano flacco. Non plus aurū tibi q̄ monedule cōmittendū est. Aristotiles. Monedula pugnat cum bubone quia bubo debilis est visus de die. ꝓpter hoc rapit corui⁹ ille bubonis ouа et comedit ea sicut dictum est supra. Plin⁹. In arbusto agro monedule non sunt nec octauū citra lapidem viuūt: sed extumātur. Transpadana italia extra alpes larium lacum appellat amenū arbusto agrum: ad quem ciconie non transmeant. Sicuti nec octauum citra lapidem ab eo: Immēla aliodn finitimo insubrum tractu examina monedulaz. Lui soli. s. aui mira est furacitas: ꝓcipue argenti et auri. Ex libro de naturis reruz. Monedula quasi monetam tollēs: aut diligens dicitur. auis est nigra sed formosa: et grata: hominum voces in pullo edocta imitatur. In matutino cuz ortu solis solicitius alias sola citius discreti⁹ et tenaci⁹ retinere dicit. Huius carnes pruritu capitis excitant. Nam et ipsa appetit i capite fricari. Muscicapa est auis maioꝛ colūba plumas habēs vt lanarius: pedes et rostrum vt irūdo: que licet oris rictum habeat amplissimum ꝓpter muscas et cinipbes quib⁹ solūmdo vescitur. Rostrum tamē inter aues cōparatione sui corporis habz parussimū et pedes similiter:

cx

De nicedula.

Nicedula est genus corui: que pugnat cum bubone corui⁹ em̄ ouа bubonis rapit: quia paz vider in meridie: et ea comedit: sed bubo comedit ouа corui similiter de nocte. Actor. Item dictum est antea de monedula: vnde videtur idem esse. Dz forte diuersitas illa nominis proueniat ex vicio scriptoris.

cxi.

De nicticorace vel noctua. Isidorus

Nicticoraz ipa est noctua: quia noctem amat. Est em̄ auis lucifuga. id est lucem fugiens. et solem videre nō patitur. Noctua dicitur eo q̄ nocte circūmuolet. hanc insula creteusis nō habet. et si veniat alunde: statim moritur. Ambrosius. Noctua que et nicticoraz magnis et glaucis oculoz pupillis nocturnaz tenebraz non sentit horroꝛez et quo fuerit obscuriοr noctis: eo crebriοr volatus exercet inoffēsos. Die autem videre non potest: quia exorto splendore vis⁹ eius hebetatur. Habet autem et noctua cantus suos. Glosa super psalteriū. Nicticoraz est auis vigil: teterrimus noctis habitās in parietinis: que vulgo rume dicūtur: vbi parietes stant sine fundamēto. Unde scriptum est: factꝰ sum sicut nicticoraz i domicilio. Glosa super leuiticum. Noctua est auis rapax de nocte. Plin⁹

libro decimo Uncos vngues hz noctua: sicut et cetere nocturne aues: vt bubo et vlula. Tradit autē ullaphas q̄ noctua sicut et pic⁹ et bubo arbores cauat. Noctuarum contra aues solers est dimicatio. Maiore circumdate multitudine resupine pedib⁹ repugnāt collectez in arcum rostro et vnguib⁹ tote regūtur. auxiliatur ac cipiter collegio quodam nature belliq3 partitur. Noctuas sexagenis diebus hyemis cubare: et nouem voces habere: tradit mgidi⁹. Idem in libro. xviii. Noctua quoq3 in imbre garrula vel sereno tempestatem signat Ex libro de naturis rerum. Nicticorax dicitur noctis coru⁹ lucifuga em̄ est: et nocte cibos suos querit Mazsi de die volarz. a ceteris auib⁹ impeteretur. Nocte. vt vulgus opinatur mortem hominz p̄nunciare videtur vocib⁹ importunis. caput habet ingens. Nec vt aues cetere formatū. Rostrum habet aduncuz: vt misus. Vngues hamatos et asperos. In domiciliis vt parietibus peipueq3 ruinosis. que sine tecto sunt libenter habitat: et pullos suos fouet: humanis vocib⁹ delectatur. Mures et omne gen⁹ eaz perseq̄tur. huius carnes paraliticos curant. Plini⁹ libro. xxix. Noctua est contraria apibus atq3 vespis crabronib⁹ et sanguisugis Huius cerebz coctum in vino vel cibo sumptuz: remedium est capitis doloribus Idem in libro. xxx. Qua quoq3 nocte per triduū in vino data: tediuz ei⁹ adducūt ebriosis

CXII

De niso. Ex libro de natu. rerū.

Nisus est auis nobilis forma z roboze: minoz q̄ herodi⁹: sed vnus est color plumaz ambobus: z tamē socialiter volare reculāt. Maz mutia fertur et fastu: et cū impetit auem: sol⁹ ambit honore victorie potiri. hoc quidez estimari potest: et forte merito sed reuera magis credibile est: euz solū p̄de inbyare: nedum in volatu socium habuerit: pastu quoq3 sodalem accipiat Non tm̄ dubia fides est: nisum parem sui generis dediguari: z velut alterum generis auez p̄sequi: z hoc contra omniuz autum gen⁹. Nam. vt dicit Arestotiles Omnis auis in volatu predā capiens: parcit sui generis auibus. Solus ergo nisus expers est generositatis huius et hoc cuz ipso homine: qui inter animalia terre stirpa animali sui generis insidiari non cessat Alexander. Nisus ac tricellus siue tercelus: locū eligunt in q̄ aues captas deplumāt singulis dieb⁹ multaq3 diligentia mundāt: q̄dū comparēs ouis incubant: quib⁹ z eas ministrant: Actoz. Est autem tercel⁹ aucupantiuz volucrum minima: sed p̄ sexu z natura sua ad aucupandū p̄mptissima. falconū generibus adiūgitur CXIII

De onocrotalo. Ex libro de natu. re.

Onocrotalus est auis que simul multas in ventre recondit escas: z postmodū extrahit et manducat eas Plinius. Onocrotal⁹ similitudiē oloris habet: nec distare existimarētur omnino: nisi fauci bus eius ineslet alterius veteri gen⁹: huc omnia inexplebile animal congerit. mira vt sit capacitas. mox p̄fecta rapina sensim inde in os redditur: in veram defert aluuz ruminātis more. hos gallia septentrionalis p̄xima oceano mittit Isidorus. Onocrotalon vocant aues rostro longo: quoz duo sunt genera. Actoz. Onocrotal⁹. vt legitur. auis est rostro longo similis cigno: sed maioz. Porro iuxta hieronimuz, nisi fallor. est auis illa q̄ fixo in palude rostro horrende clamat: que etiaz in ysaia vocatur vlula: quasi ab vlulatu. Et dicitur in vulgari buorius: de quo dictum est supra: que etiam de p̄fundis terre vel aque cibum trahere putatur. Alii putāt eē oriolum. Andreas autē dicit q̄ iudei dicunt esse noctuā Ex libro de naturis rerum. Onocrotalus est auis in partib⁹ orientis: que cum vocem edere voluerit: caput i aq̄s ponit: et illic instar rugitus clamorem emittit. In fauci⁹ quosdam habet folliculos in quo primo cibum concipit: z post hozam in ventrez suum mittit: ibiq3 eū digerit. Huius duo genera sunt. Unum. s. aquatile z aliud solitudinis: Bola hec autem. vt dicit arestoteles. splene caret: Et vt dicit ysidoz⁹ multas simul escas recondit. CXIIII

De opimacho. Ex libro de naturis re.

Opimachus est cōtrarius serpentib⁹ et pugnat cum eis. Ophis em̄ serpens: machus pugnās. Actoz. Opimach⁹ vt in leuitico legitur: est ex volucrib⁹ immundis sc̄m legez. et his videlz que graduūtur quidē super quattuoz pedes: sed habēt longiora retro crura: per que saliunt super terram. Estimo autē hunc inter volatilia minuta debere numerari: sicut bubum et locustam: que sunt eiusdez generis: sicut ibidē legitur. De attaco vero qui ibidem in eodem genere reputatur: nichil penit⁹ alibi legisse me memini. CXV.

De oriolo et ortigometra Ex li. d̄ na. re.

Oriolus est auis sic dicta vulgariter a sono voc̄ coloris aurei per totū: excepto q̄ malas hz pēnas: quadā cerulei varietate distinctas Fit⁹ in rāis arboz minutissimis mira subtilitate depēdit: ita vt in aere solo pendere videaf de terra cernentib⁹ Ipm q̄q3 nidum ab imbre camerat: ac densa fronde pregit.

Isidorus. Ortigometra dicitur que gregē coturnicū ducit. Unde de hac dictum est superi⁹ in capitulo de coturnice. Plinius libro. x. Coturnices aquilone volant maxime ortigometra duce: primaz eaz p̄pinquāte terre rapit accipiter: ac sepe hinc comitatum solicitant abeuntez. CXVI.

De osima et ossifrago Ex li. d̄ na. re.

Osima est auis magna vt cign⁹: fluuios ac pisc̄inas inhabitans: rostrum habet magnū z a gutture vsq3 ad pectus instar sacelli receptaculū lōgum et amplum: in quo magnā simul reponit copiā pisciū: vt. s. in tanta mole diffusa: natura nō egeat. paulatimq3 digestis in ventre cibis inuentar paratum q̄ p̄beat. Nunq̄ aues huiōi nisi in aqua diffusioz z pisc⁹ abundāti habitant: quas citissime paruaz aquaz z si pisc⁹ copiosaz ingluuie sua vacuant Isidorus. Ossifragus vulgo appellatur auis: que ossa ab alto dimittit et frangit: vnde et hoc nomē accepit Plini⁹ libro. x. Alieti quidez suum gen⁹ non habent: sed ex diuersa aquilarum coitu nascūtur. Id autem quod ex alietis natuz est ossifragi genus habet. E quib⁹ minores vultures p̄generantur. pullos autem ab aquila deiectos ossifragi gen⁹ excipiunt: et cum suis educant Idem in libro. xxx. Ossifragi venter arefactus et potus confert his qui ebos non digerunt: vel si tantū manu tenēant capientes cibum confert adalligat⁹ sed non cōtinue. Unū autez ē ossifrago intestinū omnia deuorata conficiens. cuius extrema pars adalligata p̄dest ꝯ colum. CXVII.

De otho. Plinius libro decimo

Othus est auis bubone minoz: noctuis maioz: auribus plumeis eminētibus. vnde et nomē illi Quidam latine astionem vocāt unitatrix aliarum autum ac parasita et quodā genere salcatrix capte haud difficulter: vt noctue intenta in alio circumeunte alio: q̄ si ventus agmē aduerso flatu ceperit inhibere. pondusculis lapidum appēdensis aut gutture arena repleto stabilitate volant Idem in libro. xi. Itaq3 buboni et othо plume sunt velut auris Arestotles Betiq3 quidā othum vocant bubonez Bepr̄ditur autem quando venator incipit se mouere ad oppositaz partez Ex libro de naturis rerum. Orbus est auis q̄ vulgariter buaris dicitur a sono vocis. Nocte namq3 bubo horrifice clamat impprie vocē humanā simulansita vt

hominē ꝓtractum frigore clamare credas. Sed terras speciales habet in quib⁹ huiōi voces ꝓfert. In ceteris aūt vt in plurimū muta est. Hec autꝫ bubone minor est noctua maior. aduncū habet rostrum ac pedes: et eminentib⁹ plumis habere videtur aures. Preda viuit: carnibus vescitur: mures ꝓsequitur: ⁊ ab auib⁹ ceteris odio habetur

CXVIII

De palumbo. Aristotiles

Palumbe sunt aues que naturaliter sese diligūt pugnant tamen contra se ꝓ nidis: eosqꝫ sibi inuicem auferunt. Hi sicut et turtures in anno bis ouāt: binosqꝫ pullificant. Hanc quoqꝫ cōtinentiam seruant. q⁹ si quis parē suum amiserit: vlteriuſ non coit extra nidum stercus eiciunt: ⁊ cum eoꝝ pulli creuerint ad hocipsum eos eruditunt: vt videlicet et ipsi eiciant. Est autē palumb⁹ minor columba: nec domesticatur vt columba. Color eius ad nigredinē declinat. Pedes et rubei sunt et asperi. Vnunt autē ex fructu sicut et turtur. Et palumb⁹ semper apparet: turtur aūt non. Huius generis femine nō diligūt coitū. Plinius libro. x. Locutꝫ de genere accipitris parit in alienis nidis: maxime qꝫ palumbinis. Fuere palumbas ad tricesimū: reliqs et ad q̄dragesimū aristotiles auctor est: vno tamē mcō modo vnguium: codeꝫ et argumento senecte qui circa perniciem recidūtur. Cantus oībus similis: idēqꝫ termino ꝓficitur versu: ꝓterq̄ in clausule gemitu: hieme mutis: vere vocalib⁹. Parūt autem cuꝫ solsticio: plurimū qꝫ terna ouа: nec plus q̄ bis fere. et q̄uis tria peperint nunq̄ plus duobus educant: tercium vritur. Est vtilis vocant. palumbes incubat femina post meridiana i matutinū: cetero mas. Isidor⁹. Palumba est columba siluana videlicet auis casta ex moribus appellata. est cōmes castitatis: cuꝫ amisso corporali consortio: solitaria incedat: nec carnalem vltra copulam requirat.

Auicenna: Sunt aūt palumbe dure carnis. Ex li. de naturis rerum. Palumbi femina incipit ouа cubare a medio die vsqꝫ ad manē: mas vero residuo tempore. Mas palumbaꝝ fugit terram salsam et humidam: ac ponit in os pulli vt assuescatur cibo. Palūbes amisso corporali consortio: nec viride quicq̄ in quo requiescat petit nec carnalem copulam vltra requirit. Actor. Palumbus est ipsa species columbe: que vulgo ramaria dicitur: quia videlicꝫ ramis arboꝝ insidere consuevit: ibiqꝫ nidificare.

.CXIX.

De medicinis ex palūbo. Plī. li. xxix.

Palūbin⁹ sanguis eximit pdest oculis cruore suffusis. Idem in libro. xxx. Palumbe caro decocta in aceto dysentericis ac celiacis medetur. Palumbi fetus ex posca decoctus aluꝫ sistit. Fimus palumbin⁹ in faba sumitur cōtra calculos: et alias vesice difficultates. Similiter ⁊ cunis plumaꝝ palumbiū feraruꝫ ex aceto mulso. Diascorides. Fimus palumbin⁹ calid⁹ ⁊ causticus cū aceto trit⁹ ⁊ impositꝰ: scrophas curat. et carbunculos rūpit. Mixto vero melle ac semine lini et oleo vt cathaplasma adhibitus. combustionibus medetur. maxime vero fungos venenatos bibēti⁹ ꝓficium est. id melius facies si cum vino et aceto bibatur.

CXX.

De passere Isidorus

Passeres sunt minuta volatilia a paruitate vocata. Ova passeris in nido reperta cuculi comedunt: et sua obiciūt: et post illa suscepta fouēt et nutriunt. Plinius libro. x. Passeri inest mirum vt te cui solacias par. Mares negantur anno diuti⁹ durare: argumento quia nullo veris initio appareat nigritudo in rostro que ab estate incipit. femina vero longiusculū spaciuꝫ est. Idem in libro. xviii. pestez a milio et panico sturnoꝝ passerum ve agmia scio abigi quadā herba cuius nomen est ignotuꝫ in quatuor angulis segetis defossa. mirum dictuꝫ vt auis omino nulla intret. Ex libro de naturis rerum. Passer in tectis habitat. gregatim ad pastum volat. omnib⁹ auib⁹ calidior est: cito digerit q̄dquid glutit. Unde corpus eius nequaq̄ cibo sumpto impinguat: sed tantū sustentat. Stercus etiam eius calidissimū est quādo emittitur. Supra modus quoqꝫ luxuriosus est: et in furorem citius cōcitatus sed nulla mora discordie. Dicit aristotiles q⁹ mas tantum vno anno viuit: femina vero diutiꝰ: qō de passerib⁹ oziē tis credimus. nam ⁊ illa nigredo de qua dicit q⁹ est i collo masculi: non est in eis qui sunt apud nos sez in europa: sed alba quedaꝫ in genis macula nigredine notata: et hi in vita perseverant hieme et estate: sicut et coꝝ femine. Etas passeris apparet in rostro: quia iuuenis habet illud tenerum: et circa fauces croceū. Senex vero durum et nigrum. In quibusdā oribus partib⁹ morbum caducū hec auis patitur. Et hoc vt aristotiles credit: quia semen iusquiami comedit. Huius pulli cum cuelare debent: vicini passeres cum coꝝ parentib⁹ conatus ipsoꝝ euolantiuꝫ comitātur: vt imbecilles si necesse sit plurium ꝓstipatione confortentur. Aristotiles. Passer habet vocem sibi appropriatam: sicut et turtur. Pascitur autem et vermib⁹: sicut et alie multe consimiles auicule. Accidit passeribus sicut et coturnicibus et irundinibus q⁹ mutātur a nigredine aliquantulū rendēres ad albedinez. Ulius est aliq̄ndo passer albus: et similiter coturnix. Passeres cinere confricātur et albūr se sicut et colūbe. Preterea passeres quidā sicut et irundines pullificant incompletos pullos: faciuntqꝫ pullos multos. Glosa super psalmū. cxxiii. passer aliquo strepitum magnū faciente volat. ne laqueo venantiū capiatur. Und⁹ anima inquit nostra sicut passer ꝛc. Physiolog⁹. passer est auis libidinosa. ideoqꝫ ⁊ a patiēdo nom̄ sortita: leuis vaga. et astuta: fructibus humani laboris nociua laqueos dependit gnara. fertur autem nidum de facili mutare: ⁊ columbe nidum auferre. Actor: passer est auicula valde circumspecta in tectis habitat: et in altis locis in petre fornamine nidificat. Mas nigredinez habet circa os. femina vero albedinez. Fertur aūt hec auis muscas venari et morbum caducum pati.

CXXI.

De cibo et medicīa ex passere. Auicenna

Passeres omnes male carnis sunt: et omnia q̄dem ouа: sed ꝑcipue ouа passerum in coitu faciunt augmentū. Razi. Caro passeris caldissima est: et luxuriaz cōmouet. Plinius libro. xxx. Cinis passerum sarmentis crematorum duobus cochlearib⁹ in aqua mulsa: regio morbo resistit. Ex libro de naturis rerum. passer vt dictum est. omnib⁹ auib⁹ calidior. Unde caro eiꝰ stiptica est et sanguis incitua. Stercꝰ eius. vt dictum est. calidissimū est quādo emittitur. sed citissime infrigidatur. Gal. Ova passerum augēt venerem. Fimus eius a lentigine purgat facē. q⁹ si cū hominis sputo distemperatur: eo qꝫ varices cathaplasmātur extirpantur

CXXII.

De pauone Isidorus

Pauo. sicut et grus et alie quedā volucres. a sono vocis nomen habet. Aristotiles. Ité pauo viuit annis. xxv. pullificat post triennium: semel in anno tantum. xii. ova vel min⁹. post triennium q̄ qꝫ penne eius colorātur: et pducit eas cum prima arbore folia ciciente. Deinde nascitur et pluma cum primo incipiūt follificare. Plī. pauo laudat⁹ expādit colores aduerso maxime sole. quia sic fulgenti⁹ radiant: omnes qꝫ in accruum contrahit pennaꝝ quos spectari gaudet oculos. Item cauda annuis vicibus amissa cum foliis arboꝝ: donec nascatur alia. cum floze pudibund⁹ ac merens querit latebram. Ab auctorib⁹ autez nō gloriosuz

tātum hoc animal traditur: sed et maliuolū. Vuit ānis xxv. Colores incipit fundere in trimatu. ¶ Actor. pauo serpentinū caput habet: infirmū et cristatum: voces terribilem: carnes duras: pectus saphireum: caudam oculatā et longam: alas subruffas: pedes deformes: incessum simplicem. laudat⁹ quidē caudā erigit: sed visis pedib⁹ demittit. qui cum caudaz erigit et posteriora mudat ¶ Aristolog⁹. pauo suspenso gressu nititur: et quasi furtiue pennas cuicit cū prima arbore: et postea retinet ei pluma cuz arboribus incipiunt fructificare ¶ Et libro de naturis rerum ¶ Pauo est auis pulcerrima: et pulcritudinis amica. Collum habet longuz et extentuz colore saphireum; et pect⁹ similiter. In capite vero plumas desuper instar corone: vel pot⁹ crista: caudaz quoq; longam et oculataz: qua cuz laudatur extenta: si pedū deformitatē viderit: mox deponit. Sed et si a tacito speculetur. pennas omnes quas spectari gaudet cōtractis oculis abscondit. a trimatu fundere colores gemmātes incipit: et tunc parit. Item nocte cum cui gilauerit: seqz in tenebris constituru intueri non potest. clamans pauide: suā pulcritudinez amisisse se credit: Idem clamore suo ſpentes deterret: et omnia animalia venenata depellit: nec de facili ppe habitare audent vbi vox illi⁹ frequēter auditur. Pauo quādo alte ascendit pluuie signū est. Huius oua si gallinis subiciātur pulli exeūt. Nōnulli pauones album colorez per totum hēt: et tamē gēmātes oculi qui in ceteris auro vel saphiro diuersis coloribus nitent: in his etiam albo splendore discernūtur ac resplendēt. Pauones etiam habēt deserta siluestres sed neq; in nitore colore vel cauda domesticis similes Nec mirū si caudaz eius pond⁹ natura creasset: pot⁹ videretur onerasse volantes: q; inexptos honorasse gloria volucres.

.cxxiii. De pauonū generatione. Isidorus

Pauo sicut iam dictū est. pullificat post triennium; semel in anno ponens et cubās ouа. xii. tātum vel min⁹. Mas coit cum femina sua etiaz super ouа cubante: et plerumq; frangūtur. Ideoq; ponūtur aliquādo sub gallina ad cubandū. Ponūtur aūt ouа duo ibi. quia non possunt ab illis plus extrahere. Pauonis femina prima vice qua pullificat: facit ouа octo. et quandoq; facit ouа centū. Et post q; posuerit vnuz ouū stat duob⁹ dieb⁹ aut trib⁹: et deinde ponit secundum ¶ Palladius vbi supra. Pauones ab q̄dibus februarius calere incipiunt: faba leuiter torrefacta in libidinez prouocantur: si eis quolibet quinto die tepida p̄beatur. Lupidinē quoq; cocundi masculi cōfitetur: q̄tiens circa se amictuz caude gēmāti incuruat. et singula capita occultata pennaz locis suis exerit cū stridore pcurrens. ¶ Plinius. pauo a trimatu parit primo anno vnum: aut alteruz ouum: sequenti quaterna. q̄na ve ceteris duodena nō ampli⁹. intermittens binos dies ternos ve parit: et ter in anno si gallinis subiciātur incubanda: mares ea frāgunt desiderio incubātū. Quapter noctu et i latebris pariūt: aut in excelso cubantes Et nisi molli strato excepta frangūtur. Mares singuli quinis sufficiunt cōiugibus. Cum singule aut bine fuere corrumpitur solacitate fecūditas. Partus excluditur dieb⁹ ternouenis: aut tardius trigīta. ¶ Aristologus Pauo sue cōparis ouа dissipat et cōsumit: si ad illa accedere possit. Est eni inuidus teste aresto tile. plem quoq; ppriam non dignatur agnoscere: anteq; in cristam sibi simulem ipsam venisse ꝓspexerit.

.cxxiiii. De ipsius educatione. Palla. libro. i.

Pauones nutrire facillimum est: nisi fures illis aut animalia inimica formides: qui plexq; vagari p agros spōte se pascūt: et pullos educūt: altissimaq; arbores in vespe petunt. Una his cura debetur: vt incubātes pagros femie: que hec passim faciūt a vulpe custodiātur. Ideoq; i breuib⁹ illis meliorē sorte nutriūtur. Masculi ouа pulloq; suos velut alienigenas psequūtur: anteq; illis cristaz insigne nascatur Sed ouа pauonū gallinis supponātur excusate matres ab incubatōne tribus vicib⁹ p annum fetus edunt. prim⁹ partus quinq; ouoz. secund⁹ quatruoz. tercius triū vel duoz esse consuevit. Sed electe nutrices gallinе debēt esse: maioresq; gallinas oportet eligere: causa supius dicta. Qua quoq; pauonum gallinе subiecta sepe manu oportet cōuertere: quia vix hec ipa valebit facere. Natos autem si a plurib⁹ ad vnam velis trālferre: dicit columella: vni nutrici: xxv. sufficere. mihi vero videtur. xv. satis esse; primis diebus far ordei consperſū pullis datur. postea caseus recens adicitur: sed expressus. Nam serum pullis nocet. locuste quoq; ablatis pedibus pbēātur. ita pascendi sunt vsq; ad sextum mēsez Deinde ordeum poterit pberi. tricesimoquinto tamen die post q̄ nati sunt etiam in agruz tuto demici possunt: comitāte nutrice pascendi cui⁹ singultu revocātur ad villam. pituite vero cruditates his remediis submouēde sunt: quibus gallina curatur. maximū illis periculū est cum incipit crista ꝓduci. Nam patiuntur languores infantiuz simulitudine cum illis tumentes gingiuas denticuli aperiri nituntur

.cxxv. De virtute carnis eius. Augustinus de ciuitate dei libro. xxi

Pauonis autem carni quis nisi de⁹ creator omnū dedit: vt nō putresceret: etiā mortui Hoc vtiq; cum auditum incredibile videretur: cuidā vt apud cartaginem hec auis cocta nobis apponeretur. De cuius pectore pulparū q̄tum visum est fuari iussimus: qđ post tantum diez spacium q̄tū alia q̄libet caro putresceret ꝓlatū atz oblatuz. michi nostrū offert olfactum. Itemq; repositum post dies plus q̄. xxx. id quod erat inuentum est. Idemq; post annum. nisi q̄ aliquātum corpulentie siccioris et contractioris fuit. Jō in eodem. Cum ergo dicim⁹ corpora damnatoz in gehenna sic esse punienda vt et sine detrimēto ardeant: et sine interitu doleant. homines infideles qui rationez a nobis de talibus flagitant. Ipi de multis reb⁹ mirabilib⁹ que nobis in ꝓmpto sunt rationē reddant: vt de carne non putrescente pauonis cum putruerit et platonis ¶ Isidorus. pauonis itaq; caro tam dura vt putredinē vix sentiat: nec facile coquatur. de quo q̄dā sic ait. Qui raris quotiens gemmātes explicat alas. Si potes hūc seuo tradere iure coquo ¶ Aristo⁹. Caro pauonis diu reluctatur putrefactioni. et inobediētissima est digestioni ¶ Pascorides. pauonis autem fel magne virtutis est: eiusdem sc̄z cui⁹ et perdicis: vel albi caponis: et scorpii marini: ad effusiones oculoz valet et ad caliginem aspredinemq; palpebraz ¶ Hieronim⁹ contra iouini. Finus quoq; pauonis feruorem podagre dicitur mitigare ¶ Plinius libro. xxix. Itaq; fumū suum resorbēt pauones vultratibus hominū inuidentes

.cxxvi. De pegaso et pelargo. Idē in libro. viii.

Pegasos vocant pennatos equos et cornib⁹ armatos: quos ethiopia inter alia multa mōstra generat ¶ Ex libro de naturis rerum. Pegasus est animal magnū et horrendū in ethiopia formam equi habens: et alas vt aquila Sed multo maiores. caput cornibus armatum. Ideoq; mōstruosū: vt ipso cū ceta fere animātia terreat. Cuiq; sit grauis corpore: alarum adiutus remedio: fuga mirabili potius currit: q̄ peruoleret. et aere collisо virtute pennaz ad instar turbinis ventos impellit. Escas multas deuorat: et inquietе mouetur Infestus ē animalib⁹: et homini maxime. ¶ Papias. pegas⁹ ē auis q̄ auricular eq̄ hz. pegasus q̄q;

dicitur bellorophontis equ⁹ cui⁹ velocitate chimera dicitur interempta. Hinc pegaseus fons musis dicat⁹ quem pede fecit pegasus. Pegasum etiã fingũt paganiequũ fuisse: qui de bellorofonte pẽnis volauit. hic ẽ sanguine gorgonis nat⁹ fuisse fert Plinius libro. x. Pegasos equio capite volucres: ꝛ gripbes auritos rostri aduncitate fabulosos reor: illos in scythia: hos in ethiopia Ambrosi⁹. Pelargos ciconia dicit cꝰ vocabulo gratiã relatio quã parenti reddit: nominatur. Actor. Ciconie siquidez vt superi⁹ dictum est q̃tũ tempo⁹ris impenderint fetib⁹ educandis: tantum et ipse in uicem aluntur a pullis suis.

CXXVII

De pellicano. Isidorus.

Pellican⁹ est auis egiptia: habitans in solitudine nili fluminis: vnde et nomẽ sumpsit Nã canapos egipt⁹ dicitur Fertur eam occidere uatos suos: eosq3 p triduum lugere deinde seipsam vulnerare: et aspsione sanguinis sui filios viuificare Phisiologus Pellican⁹ amator est filioꝝ nimis: qui cũ ceperint crescere petunt parentes in faciem At illi ira repetunt eos et occidũt: et per triduũ lugent. Tercia die mater eoꝝ petens costam suã3. et aperiens latus suum: incumbit super pullos et effundẽs sanguinẽ suum sup corpora eoꝝ suscitat eos a morte. Hui⁹ duo sunt genera. Unũ in aqua habitans: et esca eius piscis sunt: Aliud in solitudine: et esca eius animalia venenata. i. lacerte: serpentes: crocodili Et vocantur onocrotali i. rostra longa habentes. Actor. De onocrotalo ita3 dictum est supius: de quo tamẽ varia est opinio. Ex li. de naturis rerũ. Pellican⁹ dicitur quasi pellem hũs canam. i. plumas albas. In egipto circa nilum habitat et lacte crocodili viuit. quod vriq3 bestia pre nimia mãmillaꝝ abundãtia ĩ aliquo palustri loco in magna quantitate eiicit. Unũ ꝛ crocodilũ libẽter pellican⁹ sequitur hec auis macie semp afficitur: et qdquid glutit cito digerit: quia venter eius nullum habet diuerticulũ quo teneat cibum. solum em̃ viscera habet ductum: qui ab introitu oris vsq3 ad secreta nature ptingit. pullos suos sanguine lateris sui viuificat. cum eos ꝓpter importunitatẽ suã occiderit. vel a serpente qui eos insidiatur: iterum emptos inuenerit. Post sanguinis aũt effusionem adeo debilitatur vt exire de nido non valeat: sed eius pulli pcibatione eius ꝛ sua exire cõpelluntur Quidã tamẽ eorum segnes exire nolũt: et pereunt. quidã autẽ seipsos quidem pascunt: sed matrem penit⁹ negligũt Quod cũ illa post cõualescentiã viderit: pios filios nutrit. impios autez abicit et cõiemunt Arestoriles. Pellicanus est auis sic dicta. eo q⁹ pellis ei⁹ tractata canere videatur. hec dum pullis applaudit: illi oculos ei erure molũtur ideo ipos occidit. At illa non modico dolore affecta: seipsam postea veste plumaꝝ exuit: et rostro lat⁹ aperit: seqꝫ sanguinis sui prodiga cruentat: quo pulli eius perfusi reuiuiscunt. Hec auis macilenta est: qm̃. vt dicitur tenso p viscera intestino: qdquid escaꝝ accipit: sine aliq̃ decoctione transmittit. Indeq3 fit vt adipe. pprio minime farciatur que putissimo succo reficitur: non cõgregatum sed solitarie volat

CXXVIII

De perdice. Isidorus

Perdix de voce habet nomen: auis dolosa et immũda. Nam masculꝰ in masculum insurgit: et obliuiscitur sexum libido ꝑceps. Solinus. Perdices sane cuz vbiq3 sint libere vt aues vniuerse: in boeria nõ sũt Nõ em̃ cuz volant: sui uris sunt: sed in ipso aere metas habent: quas transire non audeant: nec in alterũ solum transmeãt Plinius libro. viii. perdices sicut et palumbes et graculi ac merule lauri folio annũ fastidiuz purgãt Idem in libro. xi. In pasagonia bina pdicibus sunt corda. perdices non pinguescũt sicut nec lepores: his ante pugnã vox est Actor. pdix ꝓpe terram volat: que cum in multis sit astuta: in hoc dicitur esse fatua: q⁹ sicubi possit caput abscondere: credat se totam latere: et cum ipa neminem videat: putat quoq3 ne minez se videre. in hoc quoq3 q⁹ alienos pullos fouet ꝛ nutrit: cum eos citius amittura sit Unde ꝓpheta hiezemias de illa in parabola dicit. Perdix fouit que nõ peperit: fecit diuicias et non in iudicio In dimidio dierũ suoꝝ derelinquet eas: et in nouissimo erit insipiens.

Physiolog⁹. pdix oua perdit: sed eius mos est ouoꝝ perditoꝝ damna reparture alterius matris ouaꝫ surripiendo Et libro de naturis rerum. perdix est auis dolosa et luxuriosa: masculis pro feminis dimicãtib⁹: victi calcantur a victoribus coitu Be nocte conuertis posterioribus perdices sedent. et libidinis tempore linguis ad inuicem extensis pre desiderio coitus estuãt. Cum autem in gurgustio rhetiali ab aucupe capiuntur: vna aliaꝫ sequitur: nec discernit misera sequẽs vl̃ retractat piculum iã captiue: socieꝝ deluse consortio.

CXXIX

De perdicum incubatione. Solinus

Perdices nidos ꝓtinuant munitõne solerti. spineis em̃ fructib⁹ receptus suos vestiũt: vt animalia que infestant: arcentur aspis surculoꝝ aculeis. ouis stragulus pulueris est. atq3 clanculo reuertũtur. ne indicium loci cõuersatio frequens faciat. plerũq3 femine transferunt partus: vt mares fallant: qui eos sepissime affligunt: impatient⁹ adulantes. dimicatur circa cõnubiũ: victosq3 credũt feminaruz vice sustinere venerem. Ipas libido sic agitat: vt si vent⁹ a masculis flauerit: fiant pregnãtes odore. Tunc si quis hominũ vbi incubant ꝓpinquauerit: egresse matres venẽtib⁹ sese sponte offerunt: et simulata debilitate pedum vl̃ alaꝝ quasi statum capi possint: gressus fingũt tardiores. hoc mẽdacio solicitãt obuios ꝛ eludũt: qad pfecti longi⁹ a nidis reuocentur. nec in pullis studiũ segnius ad cauendũ. Cum em̃ visos se psentiunt resupinati glebulas pedibus attollunt: quaꝝ obtentu tam callide ꝓteguntur: vt lateant depbẽdi Plin⁹ libro. x. Perdices spina fruticẽ sic munũt receptaculum: vt contra feras abunde vallentur. pdices ouis stragulus molli puluere ꝓmulant: nec in quo loco peperint incubãt. Sed alio transferunt: neue cui frequentio⁹ conuersatio suspecta sit. Ille quidem ꝛ maritos suos fallunt: quia libidinis intemperia frangũt earum ouaꝫ: ne cubando detineantur: tunc inter se pugnãt mares desiderio feminarũ: victum aunt pari venerem. Trogus inquit. Capiũtur q3 pugnacitate eiusdem libidinis cõtra aucupis indicẽ exunte in plium duce totius gregis: cepto eo procedit alter: ac subinde singuli Rursus circa conceptũ femine capiuntur: cõtra aucupem exeunte femina: vt rixando abigat cum: nec in animali alio par opus libidinis. Si contra mares femine steterint: aura ab his flante pgnãtes fiunt. biantes autez exerta lingua p id temp⁹ estuãt concipiũtq3 supuolantiũ affiatu: sepe voce tantuz audita masculi. Adeoq3 vincit libido etiam fetus caritatez vt illa furtim et ĩ occulto incubãs cuz sit femina: aucupe accedente ad marem recauat: reuocetq3 et vltro ꝓbeat se libidini. Perdix in coitu rabie tãta fertur: vt in capite aucupantiũ frequenter cece metu sedeant Si ad nidum is ceperit accedere: procurrit ad pedes eius: fera pregrauem aut delumbez sese simulans. subitoq3 ĩ procursu: aut breui aliquo volatu cadit fracta aut ala aut pedibus: aut procurrit ut eaꝫ prensurum effugiẽs spe frustrans: donec in diuersum abducat a nidis. cadẽ tam pauore libera: maternaq3 vacãs cura: ĩ sulco resupina gleba terre se operit pedib⁹ apprehensa. perdicuz

vita durare existimatur ad ānos.xvi. Perdices nō trās uolant bocrie fines in attica. Ambrosius. Perdix est auis astuta:que alterius perdicis ouа uripit: corpore suo fouet: sed fraudis sue fructum habere non potest qz cū pullos suos eduxerit:eos amittit: vbi em̄ vocē illi audierint que ouа generauit :relicta ea ad illam se naturali quodam munere et amore conferunt :quā veraz sibi matrem cognoscunt. Arestotiles.pdix si fuerit p pe marem et flauerit ventus impregnatur In coitu fa cit odorem fetidum. Ad modum vero gallinе sup ouа cubat et sup pullos:et colligit eos sub alis. Ex libro ō naturis rerum. Perdicuz mater volat in circumitu ve natoz quousqz pulli sui fugiant et post fugam coz fu git ipsa:tuncqz vocat eos secura ꝛc. cxxx

De abo ac medicina ex perdice.

Perdicum carnes pre ceteris auibus siluestrib⁹ sanissime sunt. Huius auis pect⁹ cum superio rib⁹ sunt valde sapida:inferiore vero non ita. Perdix restante plinio non pinguescit. Fel eius cū mel le equo pondere prodest ad oculoz claritatem. Byas scorides. Fel perdicis eiusdem virtutis est cuius et pa uonis:vnde valent ad effusionez oculoz:et ad caliginē aspredinemqz palpebraz. Galī. Spar quoqz perdicis siccatum diligenter tritum ac bibitum epilensie ꝓdest. Plinius libro.xxix. Oculis contusis valet perdicis fel cum equo pōdere mellis. Per se quoqz valet ad ocu loruz claritatem:quod in argentea pixide seruari iubēt Ova etiam perdicum in creo vase decocta cum melle vlceribus oculoz et glaucomatib⁹ medētur. Sanguis perdicis eximie prodest oculis cruore suffusis. Idez in libro.xxx. Jus perdicum recreat stomachū. Medbo etiam regio resistit cerebruz perdicis in tribus vini cya this cxxxi

De pica. Isidorus

Pica dicitur quasi poetica:eo ꝙ verba in discri mine vocis.vt homo. exprimat.p ramos enim arboz pendula importuna garrulitate sonat: et sonum humane vocis imitatur. De qua cōgrue qui dā ait. Pica loquax circa dōm te voce saluto. Si me n̄ vide as:esse negabis auem. Physiolog⁹. pica garru la breuitatez alaz cauda longiore recōpensat: niduz su um cum duob⁹ foraminib⁹ cōstruit:per quoz vnum in trat et alterum caudam emittit In hoc autez cōmenda bilis:q curte vel osto in quo nidificat:;pspicit indemni tati et insidias latrantiū mlto clamore ꝓdit:ita vt a ꝓ posito reuocētur infelici. Plinius libro.x.picaruz ge nera que longa cauda insignes appellantur varie:ppri um est bis omnib⁹ annis calescere:cum seruntur rape expressi qz aūt est loquacitas certo generi picaz. Ada mant verba que loquūtur. Nec discunt tātum sed dili gunt:meditanteſqz tacta semet cura atqz cogitatōne i tentōnez non occultant. Constat emozi victas difficul tate verbi. Ac nisi subinde eadem audiāt memoria fal li:querenteſqz mirum in modū hilarari:si interim audi erint id verbum. Nec vulgaris his forma. q̄uis non spectanda. Satis illis decoris in specie simonis huma ni est Verum addiscere alias negant posse q̄ que ex ge nere eaz sunt que vescuntur glande. Et inter eas facil⁹ quibus quiut digiti sunt in pedib⁹.latiores his sunt lingue omnib⁹ que in suo genere simonez humanū imi rantur:q̄q̄ id in omnib⁹ pene contigat auib⁹ loquēti b⁹. pica nouenos parit. Cūqz diligenti⁹ mdum ab hoie visum senserit:alibi ouа transgerit. Ex libro de natu ris rerum. pica est auis calidissima alba et nigra:varie tate distincta.linguam habēs latōrem:qua simonez imi tatur humanū. Nidum suū inter loca spinosa constru it.cumqz terra interri⁹ et spinis exterius in circumitu subtus ac desup diligentissime sepit et munit. Artissi mū vero tantuz foramē per quod ingredietur in latere relinquit.et hoc eo loco quo nid⁹ inaccessibilior est: q̄m cum ab homine visuz senserit:ouа transfert alias ꝑmo ditate digitoz iuuante. Cumqz laqueo se nouerit dep̄ hensam:toto corpore quieta est:solo rostri usu laqueū apire laborans.nec vsqz ad extremā desperationez reliq̄ parte corporis mouetur. Carnes pullor⁹ et⁹ ad acumē oculoz maudi dicuntur:qui tamen nisi prius excoriati fuerint:facile coctōm non cedunt. cxxxii.

De pico et pigargo. Isidorus.

Picus a pico saturni filio nomē sumpsit:qui eo i auspicijs vtebatur.ferunt em̄ hāc auem q̄dā habere diuinū. illo indicio:ꝙ in quacūqz arbo re nidificauerit clauū vel quidq̄d aliud fixum est here re diu non potest:q̄m statim excidat. vbi illa insederit. Plinius vbi supra. Picus marci⁹ est auis parua vn coz unguiū in auspicijs magna.pullos educat in cauis aruum sola. Adductus cauernis coz a pastore cune⁹ ad mota quadā ab his herba elabi creditur vulgo vescun tur in hoc genere glande pomisqz multi. Nec auis in agro tarentio negatur esse.picoz aliquis suspenditur i furculo primis in ramis cyatbi modo:vt nulla quadru pes possit accedere. Idem in libro.xi. Dedit et pico natura cristam plicabilem per medium caput a rostro residentem. Ex libro de naturis rerum. picus marti⁹ est auis parua:aduncos vngues habens:7 arbores ro stro penetrans. Cumqz supin⁹ corticez arboris pcutit subesse pabulū intelligit.pullos in arboribus cauis edu cat. In quas cum sagittam vel aliud tale quis miserit: picus admota quadā herba statim elicit quant alibz vi ingestum sit Ex coz genere plures nigri sunt:vt meru la:crocei:vt orioli. Sed illi speciosiores ac maiores que sunt in vertice ruffi:in pectore crocei circa collum viri des:in alis ceruleiin cauda coruscei. Pic⁹ in agro ta rentino negatur viuere. Hunc pprium est semel in āno calescere eo sez tempore quo rapa seminatur. De hac aue quidam videtur versum dixisse. Parua loqua z vo lucris:dōm te voco saluto. Si me nō videas:esse nega bis auem. Pigargus est secūdum gen⁹ aquile sm pli nium:de quo dictum est superius. cxxxiii.

De platea et plumali. Plinius libro.x.

Platea est auis que ad aues in mari ꝑ preda se mergētes aduolat:corūqz capita morsu corri pit:donec capturaz extorq̄at:eadē cū deuorauit se conchis impleuit:calore ventris coctas euomit: atz ita ex his esculenta excreās testas legit. Ex libro de naturis rer. Plumalis est auis ppe ad magnitudinez pdicis:variis pennis ornata:croceo et albo nigroqz di stincta:aere solo viuere dicitur:huius argumentuz est q̄ licet pinguescat nichil tamē vnq̄ in eiꝰ visceribus in ueniri pōt. Baculos blūbatos habent aucupes: quos alti⁹ in aere iactātes deterrēt aues:casqz in uno volare cogentes:retia sup terrā tendunt:ac fugitantes capūt cxxxiiii.

De porphirione.

Porfirio est auis contra modum aliaz vnū pe dem habens latum ad natandū:altum vero fis sum ad ambulandū. In quo notatur ꝙ vtroqz elemento gaudet:et in aqua natans vt anates:7 in ter ra ambulans vt pdices. Hic solus ꝑter plutarchum pecō suo instar man⁹ aquam suscipiens ad rostrum defert et porat:seqz humanis modo cibat:quia cuz omni cibo et cum solo morsu oportet vt bibat. Turturem em̄ appeti tus habet debilem naturaliter in attrahendo cibum 7 sibi incorporando.huius generis laudatissimi sunt:qui rostrum habent magnuz:et crura plonga. Actor Por firio. vt fertur. idem est quod pelicanus. Unde in deu tero. vbi scōm hieronim trāslatōnez iter aues imūdas

porphirio comedi phibetur. iuxta septuagint a interp̃tes pellican⁹ ponitur. ¶ Plinius. Bibunt aues sucru cetere, sed ex his quib⁹ longa sunt colla intromittẽtes capite resupinato quasi infũdentes sibi: sol⁹ porphirio morsu bibit. Idem ex pprio genere omnes cibus aqua subinde tingens. Deinde pede ad rostrum veluti manu afferens: laudatissimi sũt in commagene Rostra bis ⁊ plonga crura rubent. Baleares etiam insule nobiliorẽ supradicto porfirionem mittunt. ¶ cxxxv.

¶ De psitaco. ¶ Isidorus

Psitac⁹ in indie littoribus gignitur colore viridi: torque puniceo: grandi lingua: et ceteris auibus latiore. vnde ⁊ articulata verba exprimit: ita vt si eam non videris; hominem locutum putes. Ex natura autem salutat dicens. aue: vel ltere cetera nomina institutione discit. hinc est illud. Psitac⁹ a vobis alior⁹ nomina discam. Hoc didici per medi cere cesar aue. ¶ Solin⁹. Sola india psitacus auẽ mittit cui rostri tanta duricia est: vt cum e sublimi ꝓcipitatur in saxum: nisu se oris excipiat Caput vero valens: vt si quãdo ad discendũ plagis admonẽd⁹ sit. Nã psitacus studet ꝙ vt homines loquatur. clava saltem ferrea verberand⁹ sit. Inter nobiles vero et plebeos discretionẽ digitor⁹ facit numer⁹: nam qui pstant quinos in pedib⁹ habent digitos: ceteri ternos. Hec auis cum in pullo ẽt: atq; inter alterum etatis sue annũ: que mõstrãtur ⁊ discit velocius: et retinet tenacius. paulo senior et obliuiosus est et indocilis. ¶ Plin⁹ libro. x. Super omnia humanas voces reddunt psitaci: et quidem ſmocinantes India aũt hanc mittit. Psitacus est toto corpore viridis: torque tamẽ miniato in cervice distincta Impatores salutat: et que accipit verba, pnunciat: in vino ꝓcipue lasciua. Capiti eius duricia cadez que rostro Anõ cum loqui discit verberatur ferreo radio: aliter ict⁹ nõ sentit Cum devolat: rostro se excipit: illi nititur. ac leuiorem se ita pedum infirmitati facit. ¶ Idem in libro. xi. Itaq; capitis ossa psitacis sunt durissima. ¶ Ex libro dꝰ naturis rerum. Psitac⁹ aquas aliaſ quocũq; modo patitur: sed pluuia moritur. Idcirco in montib⁹ gelboe nidificare fertur: quia raro vel nunq̃ ibi pluit. Laudam suam summo studio custodit: pennasque rostro suo frequenti⁹ exterget. Auis est luxuriosa nimiu⁹: bibitq; vinũ. semetipam pede cibat et illo ori suo defert escas: sicut homo manu. ¶ Phisiolog⁹. psitac⁹ q̃ vulgo papagabio. i. principalis seu nobilis gabio dicitur coas siue indicas habitat oras. Montes quoq; gelboe libenter inhabitat ꝓpter eius siccitatem: quia multa humiditate supabundante in cute moritur: aliquantulũ simulis est obelo et falconi. Viridis habens plumas: pectus rotundum: rostrum aduncum: tante fortitudinis: vt caueã suã nisi ex virgis ferreis frangat: hominis voces imitatur Mire quoq; calliditatis est in excitando risum. Homines etiaꝫ osculari domesticos consuevit: admoto speculo ꝓpria forma deluditur: et nunc gaudenti: nunc dolẽti similis efficitur. In aspectu quoq; virginco multu⁹ delectatur: et cum vino inebriatur. ¶ cxxxvi.

¶ De regulo. ¶ Ex libro de natu. rerũ.

Regulus quidẽ parra quasi auis parua dicitur: multa est in prole et garritu. Condixerãt aliqñ aues inter se sicut fabula refert. vt illa pro rege haberetur: que sublimi volatu omnes alias vinceret. Cũ q; parra sub aquile ascella latitante: aquila omnes aues ceteras transcenderet: exiliens parra. insedit aquile capiti. ⁊ inde se esse victricem asserut. Fertur autem ꝙ eius corpus vero infixum: et scipm in veru girat: etiam post fata: quasi regie non immemor nobilitatis. ¶ cxxxvii

¶ De seleutide ac strige et strophilo

¶ Plinius libro decimo

Seleutides aues vocantur quaꝫ aduentũ prece⁹ impetrant incole caſini mõtis: fruges eorum locustis vastantib⁹ nec vnde veniãt: quo ve abeant. comptum est. illis nunq̃ conspectis: misi cuꝫ eaꝫ pstdio indigetur. ¶ Actor. Idem inferius de seleutide iuxta librum de natura rerum dicetur: ex quo vitũ scriptoris ex altera parte esse videtur. ¶ Isidor⁹. Strix est nocturna auis: habẽs nomen de sono vocis: quãdo emĩ clamat strider. De qua lucan⁹. Quid trepid⁹ bubo: q̃d strix nocturna querũr Hec auis vulgo dicitur ama vel amartrix: ab amãdo paruulos. vñ ⁊ lac fertur pbere nascentib⁹. ¶ Actor. Nota hoc nomẽ strix eq̃uocus est ad auem illam: de qua dictum est ⁊ ad bestiam beriacio simulẽ: de qua dicetur infer⁹ loco suo. ¶ Solin⁹. Strophilos est auis parua: que dum escas affectat os ero coduli paulatim scalpit. ac sensum scalpurigine blandiẽte: aditum sibi vsq; in fauces eius facit. Quod conspicatus ychneumon: beluaꝫ penetrat populatisq; visceribus exosa ex aluo exit. ¶ cxxxviii.

¶ De strucione ¶ Isidorus.

Strucio greco nomine dicitur: eo ꝙ animal in similitudinem auis pennas habere videatur. De terra tamen altius non eleuatur Qua sua fouere negligit: si⁹ ꝓiecta tm̃modo fotu pulueris animãtur Unde domin⁹ ad iob. Tu forsitan in puluere calefacies ea: hec a quibusdã asida vocatur Phisiolog⁹ Strucio siue asida pẽnas habz: sed nõ volat: sicut aues cetere: pedes habet similes camelo: et ideo grece camelon dicitur. hec non ponit ova: donec oriatur stella vergilia nomine: que oritur circa mẽsez iunii: quãdo estas est: tunc eleuans oculos in celum et videns eam ascendisse: fodit in terram: et ponit ova sua. et operit ea sabulo: statumq; ascendens obliuiscitur ea. Est emĩ animal obliuiosum: nec vltra redit ad ea. sed quod eis fotura erat: calore corporis sedẽs super ea. hoc eis aeris temperies pstare videtur. Naz estate calefacta arena excoquit ova: vt educat pullos. ¶ Actor. Strucio aliquando quidez alas erigit: sed volare nequit: est emĩ ingens corpore: rara in plumis. Habet autẽ alas similes herodii: et accipitris: ferrum vero comedit. ¶ Arestotiles. De strucione est opinio: ꝙ non est de genere auium ꝓpter diuersitatez sue creationis. prim emĩ quadrupedib⁹ assimulatur: partum auibus. Nõ habet alas sed figuraſ alaz. que volatui non conuenit: qz nõ sũt tenues vt pili: sed sicut quadrupedes habet palpebras superiores: et in eis pilos: habet itez plumam multã in inferiori parte corporis: et duos pedes vt auis: sed vngulam fissaz vt quadrupes. Est emĩ magni corporis cum auium corpora necesse sit esse parua: alioquin volare non possunt Tres habet digitos in vtroq; pede ꝓpter alas et propter pond⁹. Cumq; sit ponderosi corꝑis: et non boni volatus: multam habet superfluitatez: multumq; coit: sicut et gallina ⁊ perdix ¶ cxxxix

¶ De eodem ¶ Ex libro de naturis rerum

Strucio est auis pene bestialis generis Habz enim pennas: sed nunq̃ eis vtitur in volatu: alas habet tenues et plumas velut pilos. In cũ do alas erigit: adeoq; in terra currit: vt eqs celeritate ꝓcedat. Habet autem vngulas bisulcas ad cõprehẽdendos lapides: quos emittit in fuga contra insequẽtes. ferrũ comedit et digerit: ꝺa calidissime nature est: et equũ naturaliter odit: et miro modo psequitur. Equus etiã illam intantũ odit ac timet: ꝙ eam videre non audet. Officulum paruũ sub alis habet: quo se in latere pũgit et agitat: quando prouocatur ad iraz In pectore vero magnũ os ⁊ latum: ad ꝓtectionez magni corporis sibi creatuz. Porro stoliditas ei tanta est vt cũ frutice collũ

occultauerit .reliqui corporis latitudinez latere credat Naturaliter aũt calescit: ⁊ ita plũas exuit: vt et nud⁹ fere remaneat. Sed contũ habz fortissimũ:quo ipluma pregitur ab importunitate frigoris. Corp⁹ habet fere ad magnitudinẽ asini:statura mediocris. Qua q̃z ei⁹ adeo magna sunt: vt ex trãsuerso secta vasa fiant ad bibendũ ꝓ ãplitudine sua. ¶Philologꝰ.Struccio solo visu ita fouet ouа sua ĩ arena recondita:vt ex eis pulli egrediantur ĩ lucẽ.Hec iter aues ceteras duos tñ digitos ꝓtinet:ad modũ vngulaꝝ aretis:ita q̃ de concauitate pedis sui subꝝ quasi de funda ꝓcit lapides super homiem.Ferũt etiã oculo vno itueri celum:⁊ altero terrã ¶Razi.Caro struccionis oĩbus grossior iudicatur.

.cxl.

¶De struciocamelo et sturno. ¶Plinius

Struciocameli affrici vl̃ ethiopici aues sũt gñdissime:⁊ pene bestiaꝝ generis:altitudiné equitis insident es equo excedunt: celeritate vicũt: ad b̃ demũ datis pẽnis:vt curentem aduuẽt:ceteroĩ sunt volucres nec a terra tollũtur Ungule bis ceruinis similes q̃bus dimicãt:bisulce ⁊ ꝓhendendis lapidib⁹ vtiles.Quos in fuga ꝑtra insequẽtes ingerũt pedibus. Loquendi sine delectu deuorata mira natura. Sed nõ mĩꝰ stoliditas:in tãta reliq̃ corporis altitudie cũ colla fruticẽ occultauerit latere sese existimantiũ:premita ex his ouа ꝓpter amplitudinem ꝑ q̃busdam habita vasis comosq̃z bellicos et galleas ornantes penne. ¶Actor Uidetur eẽ struciocamel⁹ spẽs structionis:vel ipm etiã gen⁹ sic appellari.qz sicut dictũ est.ō: pedes bz similes pedib⁹ cameli. Caluẽt aũt vt dicit plinius lib.decimo. struciocameli. ¶Ex lib.de na.re.Sturni sunt aues pue ad volãdum extente fusco nitentes colore Lateruatim volant: ⁊ quodaz o:be circumaguntur oĩbus in medũ tendentib⁹:⁊ b̃ ꝓpter accipitres q̃ eis insidiãtur.Uesperi ãdem aggregãtur:etiã immẽlis turbis ꝓmurmurãt:nocte silent:aurora rubente murmur excitãt.Demũ vero diuise ꝑ turmas ad cibũ volãt. ¶Plinius Est autez et sturn⁹ ex auibus loq̃ntib⁹. vñ et cesares iuuenes habebãt sturnũ loquẽtem. ¶Razi. Sturne vel sturni caro grossior est q̃ pulli vel cornicis.Ventrem stringit et nigrum nutrit.

.cxli.

¶De tarda et tragopa Isidorus

Arda apud nos dr: eo q̃ tardo ⁊ graui volatu detẽta:neq̃q̃.vt cetere volucres.velocitate pẽnaꝝ arrollit:grece ãt gradipes vocatur ¶Aui cerua.Qua auis tarde.scõm quod dr.sunt tictura bõa. Expitur boza qua ꝓparata sunt ad illud.cum filo lane ĩ eis penetrãte. Idẽ.stere⁹ auis tarde ꝓfert impetigini ¶Ex li.de na.re. Tragopales est auis in ethiopia ferrugunei coloris:maioꝝ q̃z aq̃la. Caput babz vt fenix.et cepto q̃ in eo cornua bz vt aries. Unde illud armatum ꝓfert aduersus oĩes aues sibi ꝓrariãtes. ¶Solinus Tragopa est auis maioꝝ aq̃lis:cornibus arietinis:ꝓferens caput armatum.

.cxlii.

¶De turdela et turdo. Isidorus

Urdela q̃si minor turdus dr :cuius stercore viscum generari putaꝝ Turdi aũt a tarditate vocati sunt.hiemis eñ cõfinio se referunt ¶Ex li.de na.re. Turdi sunt aues pue q̃dem corpore: iꝫ prudentia magne. In cacũmib⁹ arboꝝ luto nidos edificant:et pene cõtextum.i.cõtinue p⁹ coitũ generãt.⁊ mirum qz.x.dieb⁹ ouа in vtero maturescũt.⁊ p⁹ea pariũt ¶Pli.li.x. At abeunt et turdi in vicina. Sed hi plũaz no amittũt.nec occultãtur nisi spe cibi hibernum pabulũz petunt. Itaq⁹ in germania hieme turdi maxime cernuntur. Et sũt aues trimestres sicut et turtures.his color estate circa collũ varius:hieme cõcolor. In cacũ nibus arboꝝ luto nidificantes pene cõtextum in secessu generãt.Agripina ꝓiunx claudii cesaris turdũ habuit quod nũq̃ ãte.Fmonem hominũ imitãtem ¶Palladꝰ Turdi nutriendi sunt in cubiculo: ita q̃ educãtur illesi ac recenter capti:mittis aliq̃bus ante nutritis: quoruz societate ad cibos ipos capiendos paulũ mouẽ captiui tatis mestitudinẽ cõsolẽtur.Sit aũt loc⁹ mũdus ac luci dus;⁊ vndiq̃z leuigatus:in quo trãuerse figãtur price: q̃bus pñt p⁹ inclusum volatũ sedere. Rami q̃z virẽs sepe mutẽtur. Carice tũse mittis pollimb⁹ ꝓbeantur. mirti etiã.si facultas est. lentisci oleastri cedere semina ĩ terdum ad excudẽda fastidia: maximeq̃z aqua tribuaꝝ mũda.Turdi nanq̃z si alendo saginẽtur:⁊ voluptatem cibi ⁊ redditus maximũ pstãt:parcitate beneficiũ mutãte luxuria ¶Auicẽna. Turdoꝝ stercus comedẽtũ rizi cõfert pãno et morphee ⁊ etiã ipetigini

cxliii.

¶De turture. Isidorus

Urtur a voce nomiatur :auis pudica:sempq̃z in mõtium iugis et in deptis cõmorãs Tecta eñ hoĩm et cõuersationem fugit : ⁊ cõmoratur in siluis . Que etiã hieme deplumata in trũcis arboꝝ cõcauis habitare phibet.cui⁹ ecõtrario columba:hũana hospicia diligit:domorum semp blanda habitatrix. ¶Ambr⁹ius Turtur est auis pudica que vbi cõiugalis ꝓpꝛii fuerit amissione viduata: cõmunionẽz ulterius recusat : ne iura pudoris:aut cõplaciti viri fedra resoluat.et primꝰ amoꝛ eaz decipiẽs pl⁹ doloris ex morte q̃ suauitatis ex caritate dilecti generat Discite ẽ mlieres q̃ta sit viduitatis gra q̃ etiaz in auib⁹ ꝑdicat. Turtur eñ nescit primam fidez irritã facere:q̃ prima cõnubii sorte amissa nouit castimoniã seruare . Nec auis in nido suo folia squille suptacit:ne pullos suos lup⁹ içurser Nouit eñ q̃ butiõ folia lupi fugere ꝓsueuerit ¶Ex li.ō naturaꝝ.Turtur socũ diligit:eo q̃z mortuo vl̃ capto:nec dens solitarie:siccis arboꝝ ramis insidens: gemẽs ac tristis:nulli auiũ est infesta.sed ad oĩum infestatiões paciẽtissima. In locis tutissimis ⁊ dolect abilissimis habitat:ꝑ totum hiemem in cõcauis arborib⁹ implumis iacet. Uere aũt ꝑducitur:mlte q̃dez eaꝝ terraꝝ calidas hieme petũt:et mlte remanẽt :si locuz habeãt soli oppositũ ad ꝙescendum aptũ. Aliq̃ ita debiles sũt naturaliter vt manu capi possint. Qua sepe terna pariũt:sed nunq̃ pl⁹ q̃ duos educãt:similiꝫ ⁊ palũbi :Turꝛ ouat in veribus et sepe ter. Bz hoc q̃ vnũ par ouoꝝ corruptum fuerit;aut casu pericrit. Volaq̃z autũ pullos suos ꝺ nocte pascit. buꝰ ale dextre sanguis medicinalis ẽ immissus oculis.

.cxliiii.

¶De eodem. ¶Philologus

Urtur sola estate pꝛesciit austro flãre ñ bene volare põt ꝓpter põderositatez corporis: quia ventus ille humidus est ⁊ põderosus. Ideoq̃z volãdo fatigañ ab illo vento:et ꝓpter fatigationem ñ vocaterãt:atq̃z tũc a venatorib⁹ de facili capiũtur :Cũ q̃z mouentur ab austro ad aq̃lonem nõ habẽt rectorem: cum ecõuerso habeãt. Turtur et colũba sm aristotilez ⁊ plinũ hoc habent ꝓpꝛiũ q̃ nõ ergũt caput qñ potãt quousq̃z illis sufficiat. ¶Aristotiles.Turtur ex fructu viuit sicut ⁊ palũb⁹.palumb⁹ aũt semp apparet :turtur aũt nõ.Masculi q̃dem auium vniuersaliter viuũt plus q̃ femine Masculi tñ turtuꝝ. vt dicitur.primꝰ q̃ femie mozuntur:quod ex illis cognitum est: qui in domibus creantur.Testiculi autũ tempore coitus magnificãtur ⁊ b̃ ꝑcipue apparz ꝑ dictib⁹ ⁊ sturnib⁹. Turꝛ bz vocem sibi appꝛiatam:non apparz nisi in estate. hieme nanq̃z manet in nido: vel latet in cauernis arboꝝ vel ad loca calida se trãsfert.Estate vero ad loca frigida.Sepe q̃ q̃z remanent hieme in locis suis: cum habuerint loca ĩ q̃bus opponãtur soli. vnico mari ĩ tota vita sua associatur.eo q̃z mortuo:nullo mõ secũdum admittit. Turtur

sicut palumbus et turundo bis in anno pullificant :et bi na mas et femina cubant ova . Lotę quidem turtur post tres mēses:pregnās ē vieb⁹ q̄tuordecim:et totidē cubat Aiunt aūt et cubat sicut et columba quidecim annis . ¶Palladius. Turtures vt alātur breui et ppe obscuro cubiculo claudēdi sunt :quos nutrire facillimū est: quia nichil expetūt: nisi vt estate q̄ sola maxime pīguescunt triticum aut milū mulsa maceratum semp accipiant . aqua sane frequenter eis mūdior debz offerri. ¶Auicēna Sanguis turturis calid⁹ distillatur sup aurem ꝑritaz et dolorosam. ¶Plī.lib.xxix. Turtur sanguis eximie prodest oculis cruore suffusis.fim⁹ caꝑ albugies extenuat oculoꝝ. ¶.cxlv.

¶De vanello. ¶Ex libro de naturis rerum

Vanelli sūt auel q̄s plī. simphalides vocat:satis pulchre:colūbina magnitudine: cristato capite vt pauo.collo q̄dez colore viridi ac lucenti.reliq̄ vero pte corꝑis varietate distincta .Hec auis cū hominē etiam alonge nido suo appingēre senserit egressa:statiz cum clamore occurrit Sicq̄z stulta dum hominem a nido suo amouere se credit:ipo clamoris indicio nidum prodit:quem ꝓgressus homo spoliare cōtendit. ¶cxlvi

¶De vespertilione. ¶Aristoteles

Vespertiliones habent pedes sicut aues:et carent cauda:q̄m sunt agrestes. Ipoꝝq̄z ale sunt membranales.id est corio idistincte .t si caudā habuissent:motū alaꝝ phiberet q̄z nō sunt diuise . Instar murium hūt in vtraq̄z pte mandibule dentes: et victū sibi de nocte acquirūt vt bubones. ¶Ambrosius.Vespertilio est animal volatile simul et quadrupes. dentibus etiaz vtitur qui in aliis auibus repiri nō solent. Parit autē vt quadrupedia: nō ouа sed pullos viuētes: crepusculo volare cōsueuit. volatq̄z in aere nō aliquo pennarū: sed membrane sue fulta remigio. ¶Isidorus.Vespertilio dr eo q̄ lucem fugiens vesꝑtino crepusculo circumuolet: ꝑcipiri motu acta. animal murū simile non taz voce resonans q̄ stridore. ¶Plī.Volucꝝ animal pit vespertilio tantum:cui membrana ceu penne. Eadem sola volucꝝ lacte nutrit. vbera admouens geminos volitat āplexa infantes:secumq̄z portat Eidez corendix vna traditur huic in cibatu culices gratissimi. ¶Idem in libro.xi. Volucꝝ dentes nulli nisi vespertilioni. similiter lac t mā me. Huiꝰ ale articulos habent .Idē in libro.xxix.Dā guis vespertilionis cum carduo contra ꝑpentum ictus in ter ꝑcipua laudatur. Fel eius cum aceto contra murisa rancī mozsum est remedio Coz e⁹ otra salpingas valet quod est gen⁹ formicaꝝ venenataꝝ. ¶Idem in libro.xx x.Vespertilionis caput aridum adalligatum arcet somnū. Huius quoq̄z sanguis illitus facit pilos non nasci. Beniq̄z tumentoꝝ vrine formina vespertiliōe adalligato finiuntur. ¶Ex libro de na. rerū. Vespertilio quadrupedia cetera volatu excellit In prib⁹ indie sunt vespertiliones columbis maiores:habentes quasi hominū dentes be in faciem ꝓcurunt homines:nares eis et aures alia q̄z mēbra amputantes.Fertur q̄ hec auis strepitum q̄ rit:et sanguis eius depilat. ¶Glosa sup deutero Vesꝑtilio circa terram volat:et pennis ambulat. immunda est secundū legem. ¶Auicenna.Vespertilionis lac.vt dicitur.est vrina ipsi⁹ . In ipo autem est absterſio t vehemens calefactō. Ungentum vespertilionis phibet mā millas puellaꝝ a magnitudine. Cerebruz eius cum melle confert principio aq̄ descendētis in oculum . Eius cinis acuit visum. Et sciżari aut confert vngule et albugi nī. ¶cxlvii

¶De vlula. ¶Isidoꝰ.

Vlula est auis a planctu et luctu nominata Cū cīm clamat aut fletum imitātur aut gemitum Unde apud augures si lamentetur tristiciaz: tacēs ofidere ferē ꝓsperitatē. ¶Actor.Alule.vt dicit glosa sup isaiam.sunt aues magnitudinis cornine.maculis respse:que rostro in palude fixo horrende stridunt:habētes vocē similez vlulatui lupoꝝ.vñ et nomī acceperunt: et vocantur gallice bubon. De hac iam superi⁹ dictuz est:vbi de buronio t de onocrotalo que nomina sūt eiusdem. ¶.cxlviii.

¶De vpupa. ¶Isidorus

Upupa est auis spurcissima: cristis extantibus galeata.semp in sepulcris t humano stercore ꝛmoꝛās Upupa grece dicta:eo q̄ stercora humana consideret:t fetenti pascatur fimo. Cuius sanguine qui se inunxerit dormitū p ergens demones suffocantes se videbit. ¶Plinius libro.x.Upupa vt tradit elegans picta formaz simulq̄z colorez mutat.alias obscena pastu auis:crista visenda plicatili:cōtrahens illaz subrigensq̄z:plōgitudinez capitis. ¶Glosa sup leuiticū Upupa lugubris est:et luctum amans. Unde t in lege ꝛmedi phibef:q̄ seculi tristicia morte opat. ¶Philologꝰ Upupe pulli cū parentes suos senuisse viderit ita vt neq̄z volare:neq̄z videre possint:vetustissimas parentū plumas euellunt:et oculos eoꝝ limūt:fouentq̄z eos sub alis suis:donec crescant eoꝝ penne: et reillumināt oculi eoꝝ.sicq̄z mutuam vicem parentiꝰ reddūt. ¶Jozarb in libro de animalib⁹.Upupe pulli parentes suos fouētes hanelāt super oculos ipoꝝ:vt visuz recuperēt. ¶Pitagoras in libro romanoꝝ Sanguis vpupe illit⁹ hominī dormienti:demoniaca gignit fantasmata.Pene vero vpupe posite super caput homis sedant soda.t.dolorem capitis. Hui⁹ etiam lingua sup illum suspensa qui multam obliuionez paritur:et confert. ¶Ex libro de naturis rerum. Upupa est auis admodum pulcra sed immunda.vna tamen voce sicut et cuculus importuna est bieme latet:et nuda est.vere,pducitur.hui⁹ parētes senescentes inter pullos iam adultos in nido plumas exuūt:t interim a pullis pascūtur:donec vires plumasq̄z recupent. Alia quoq̄z videtur eis inesse pietaſ erga parentes suos Cum eīm senio visum pdiderint:pulli notā naturaliter herbam colligūt:et eoꝝ cecatos oculos inūlinunt vt visū recuperent. Huius auis coꝛ malefactoꝛ ib⁹ et incantatoꝛib⁹ valere dicitur. ¶Plinius libro.xxx. Upupe coꝛ lateris doloꝛibus pꝛodest. ¶.cxlix

¶De vulture ¶Isidoꝛ

Vultur a volatu tardo noiatus putaf:magnitudine quippe corꝑis ꝑpetes volatus non habet.fertur pene viq̄z ad centum annos,pcedere Vultures autem sicut et aquile etiā vltra maria cadauera sentiunt. Altius q̄ppe volantes:que multa mōtium obscuritate celantur:ex alto illi cōspiciunt. ¶Plinius Vulturuz ꝑualent nigri.nidos nemo attīgit.ideo etiam fuere:qui putarent illos ex aduerso orbe volare falso. Putrificāt eīm i excelsissimis rupib⁹. Vultur ac fere omnes grauioꝛes:nisi ex ꝓcursu vel altioꝛi tumulo emissi se non euolant: Aquile quidem clarī⁹ cernunt:sed vultures sagaci⁹ odorant. ¶Ambrosius. Vultures dicūtur sine concubitu generare et concipere Solent etiam mortem hominis quibusdā signis ānunciare. Cum eīm lacrimabile bellum acies inter se instruunt:multo vultures sequūt agmine:et eo significant:q̄ multa hominuz multitudo bello casura sit futura preda vulturib⁹. ¶Aristoteles. Sicati cum vulture pugnat:et eius ossa frāgit Auis vero que dicitur obtix non apparens de die: quia nō ē acuti visus venatur de nocte sicut vultur: t pugnat cum eo fortiter:ita q̄ pastoꝛes multotiens ipos defendunt. ¶Glosa super leuiticū Lex vulturem comedi prohibet:qui bellis et mortibus gaudet. ¶Ex libro de naturis rerū. Vultur est auis ponderosa :sed ad volandū admodum exerta:q̄uis anteq̄ in aerem eleuetur

tres saltus faciat. Unde quandoq; agilitate canis in tercipitur priusq; ad volandū saltibus consuetis i alta aeris erigatur. Iraq; si hominem viderit: libenter in terra graditur ob pond⁹ corporis.vnō ⁊ gradipes appellatur:volādo cadauer olens recipit:et ad eius illius se deponit:in quo prius oculus petit.Et quoniā indifferenter ad omne cadauer se inclinat.pericula et laqueos venatoꝝ non cuitat.ideo facilius capitur. Exercit⁹ autem sequitur:vt mortuoꝝ cadaueriḃ⁹ satietur. Vultur cum herodio pugnat:et in ipsum ruit Sed cum herodius agilis sit:cum impetu ruenti cedit. auisq; grauida se retinere non valens semetipsaꝝ occidit. ¶Philiolog⁹ Sedet autem vultur in altissimo loco.quia retardatur i ascensu a terra ascendituq; intantum altissimū:vt videat loca remota. Iōq; dicitur:q; solus vultur est auis dei. hic etiam maiores aues rapaces vt accipitres insequitur:tanq; predationi sue debitas: minoribus parcens alitibus. ¶CL

¶De eodem ¶Arestotiles

Vultur grauis est et mali moris: famelicus: et clamosus. venatur in locis a nido remotis valde.et vt videat loca remota valde: ascendit ad locum altissimum:ubiq; sedet:quia difficilis est ei elevatio a terra. Ideoq; dicitur q; solus vultur est auis dei. Deprehendit aūt leporesːet paruos ceruos:et capras ac vulpes et animalia cetera que retinere pōt. Ea vero que venatur: vel cum quib⁹ pugnat: alis percutit atq; stupefacit:et unguibus vulnerat. Est autem quedā auis que cum videt cum tumens descendit in aquam seq; submergens expectat:vt vultur a loco transeat. Bz vultur quotiā acuti visus est: videns eam in pfundo. nec recedit a loco superuolans: donec illa fatigata vel suffocata super aquam redeat:et tunc accipit eam viuam seu mortuaz. Verūtamen quādo venatur aliquid et apprehendit:non subito fert ad nidum:donec pōdus eius temptauerit. Venatur autem vultur a meridie vsq; ad noctem:et ab ortu solis usq; ad temp⁹ illud quies cit Est autem fortis famis.Cumq; famescit multū deprehendit .CLI.

¶De multiplici vulturū genere. ¶Idem

Vulturum genera sunt plura: quoꝝ unus barbatus a quibusdā dicitur abialon: et est in locis multarum arboꝝ:et quādoq; etiam circa ciuitates. Volatuq; etiam circa montana: et in locis multe materie cibi ꝓpter confidentiaz in ea. Aliud est genus quod planoior dicitur grece:et est min⁹ primo genere. Eiusq; mansio est in montanis et in desertis. Porro secundū homerum aliud est genus quod dicitur grece tinalon:nigri coloris quantitate min⁹ aliis:sed maioris est vigoris.Et est vultur niger qui ꝓpe interficit leporesːIste solus bono nutrimento pullos suos nutrit: deinde illos extrahit.ipse quoq; cito venatur. Iterū aliud genus vulturum quod est malarum alaꝝ inuentur:quod a quibusdā pigardus dicitur.habet caudā albā:et caput album. Eiusq; quantitas quasi vulturū aliorum mediocritas Alas habet valde paruas:mediumq; sui corporis est longum:et manet in locis multaꝝ arborum.hic perciperus dicitur Vabzoq; ex malicia sicut cetere aues rapere cadauera mortua:sed nullum habet iumamentum coꝛuiq; nigri et alie similiter aues deꝑhendunt et eiciunt ipsum.Est autem grauis et mali moris: semperoq; famelicatur et vociferat. Aliud quoq; genus quod albaton dicitur.et est grossi colli:ampli pectoris ac retoꝛ tuolum alis. Manetq; in maris litoribus. ⁊ cum aliqd rapit secum fert ad pelagus. Est iterum et aliud genus vulturū:quod grece dicitur grossion.i.verum.hoc enim genus tantum est verum gen⁹ vulturum:Alia vero genera sunt admixta:vel a coitu vulturū et accipitrū:aut umq; maioris corporis generata: et iste vultur est valde magn⁹ sesquarto maioꝛ omnibus vulturib⁹ Habet fortem vocem:et citrinum coloꝛem :non autem videtur nisi raro. ¶CLII.

¶De generatiōe vulturū et educatiōe ¶Plinius.

Vultures.vt supra dictum est: nidificant in excelsissimis rupibus.fetus quidē sepe cernūtur fere bini. Ombꝛici⁹ tamen aurupic⁹ in nostro euo peritissimus parere tradit ouaꝝ.xiii.vno ex his relictā ouaꝝ nidūq; lustrare:mox abiicere.Et genere ossifragi vultures minoꝛes ꝓgenerantur. ex his vero magni qui omnino non generant. ¶Philiolog⁹. Vultures q̄sdam dicunt concubitu non misceri:ac sine copula concipere et generare.natosq; illoꝝ pene visq; ad centum annos vitam ꝓducere. Ambꝛosi⁹ autē hoc videtur ad omnes extendere ¶Arestotiles.Vultur autem.vt dictum est.nidificat in locis altissimis ⁊ multoties sup arboꝛes. Inuidet pullis suis cum impinguāturːnec pascit eos nisi de cibi sui reliquiis.⁊ illos ātequ volare possit eiicit. Est autem auis alia que ꝓceros illos cuꝝ pullis suis nutrit. Unum par vulturū occupat vnum magnū locum.⁊ ideo secū alios nidificare nō permittit. est autem longe vite:qō ex eo cognoscitur: q; nidus eius semper idem manet . Cum vero senescit elongatur rostruz ei⁹ supern⁹ ⁊ arcuatur:⁊ in fine fame moꝛitur. ¶Zorarb Vulturis pulli dum impinguāturː pater coꝛ pingue dinem remouet ab eis percussione alaꝝ atq; punctura sicq; macerantur:ne volatu deficiant ¶Ex libꝛo de natu.re. Vltur pullos suos quousq; possint volare nutrit seq; pro eis periculo exponit.dum etiam fortiorē se volentem eos diripere suis unguib⁹ vulnerat: ⁊ alis percutit Post hoc eiiciens eos a nido:locis in quib⁹ nati sūt apprimare vetat:cibi sollicitz emula quoniā vnū par vulturū magnū locum occupat. Nec venatur nido ꝓximis locis:sed remotissimis docente natura pacis amica:ne vicinaꝝ gentū odiū contra se exciteat Qō ei de cibo superfluit: in nido reponit:vt inde se ciboꝛ ⁊ pullos: quia cibū de facili non acquirit. Qō si pullos suos ociosus impinguari viderit:doleꝛ. Ideoq; rostro eos in pedib⁹ vulnerat:vt macilentos efficiat Vultur cum adult⁹ fuerit:matremq; senem et ad volatum debilem viderit eam occidit. ¶CLIII

¶De medicinis ex vultur ¶Esculapi⁹

Vulturis penne combuste fugant serpētes a domo. Iecuꝛ eius tritū cum sanguine per decem dies bibitum:caducos liberat. Sanguis eius cum succo marrubii caliginem oculoꝝ sanat. Adeps ei⁹ doloꝛem oculoꝝ sanat.⁊ doloꝛes neruoꝝ euacuat.

¶Bzasoꝛides.Fim⁹ vulturis medicinalis est. naz fumigiū ei⁹ secūdinas expellit ¶Plinius libꝛo.xx. Pēna vulturis si scalpantur dentes:acidum factunt halitum Sanguis eius cuꝝ herbe chameleonis albe radice acedria tritus.herbaq; brassica contritus: lepras sanat vulturis quoq; pulmo combust⁹ confert sanguinez reti cētib⁹ Iecur vulturis tritū cū sanguie suo ter potū septenis diebus medetur comicialibus. Similiter ⁊ coꝛ pulli vulturini adalligatuz. Adeps quoq; vulturinus cum ventre arefactus ⁊ cum adipe suillo inueterato tritꝰ:neruoꝝ doloꝛes mitigat. ¶Idem in libꝛo.xxix. Vulturis etiam fel ex aqua uulturum:albugines sanat oculoꝝ. ¶CLIIII

¶De iboꝛ.et idro.et isida.et rione.et zeleotide. ¶Ex libꝛo de naturis rerum

Ibos est auis visu debilis:que imitatur voces equi:et quandoq; super eum volans: eundem stupefacit.ipsumq; fugere cogit Arestotiles Iboꝛ ideo cum equo pugnat:quoniaz ipsum a pascuis eiicit ⁊ herbas comedit. Ideoq; stupefactō cū fugere

cogit:et forte interficit. Est autem auis pulcri coloris et vita eius bona: manetq; apud fluuios et margines eor. Idros est animal volatile i nilo flumine.satis inimicum crocodilo. Nam de natura et consuetudine cuz viderit crocodilū in littore fluminis ore apto dormīte. inuolut se limo quo faciliº possit eius faucibus illabi. Sicq; faucibº suis irrepens erosis crocodili viscerib⁹ tandem inde viuus exilit. ¶ Ex libro de naturis rerum.yfida a sono vocis dicta est. Auis quidem paruа:sed pennaꝝ venustate clarissima:in dorso colorē habet inter viridez et ceruleū. In pectore vero pfert imaginez carbonum ardentium. Guos rārum habet in pede digitos:vngues aduncos:sed rostrum paruuz ac directum. Circa aquas assidua est:pisciculis viuit: terrā rostro cauat:ubiq; nidū congerit:ac fetus facit. De hac opinaī vulgº.quia si pelleꝝ cū plumis aui mortue ētrahas ⁊ parieti infigas omni anno plumas ac si essz i corpore cōmutabit. ¶ Actor yson est auis immūda secundū legem:cuius natura nō satis est nobis nota. Est autem.vt legitur.de genere vulturū:sed minor q̄ vultur ¶ Ex libro de natura rerum. Zcleutides sunt aues.vt dicit plinius.quaꝝ suffragium a ioue deo petunt incole montis casim cum a locustis fruges illius vastantur Iraq; a deo misse locustas depopulātur:et vnō veniāt quo vt abeant ignorātur. ¶ CLV

De generatione auium. Et sacra historia.

OCreatis autem ex aqua volatilib⁹:dixit eis deus. Crescite et multiplicamini super terram. Quodcirca dicere nichil aliud fuit:q̄ virtutē generatiuam ad sui generis multiplicationē inserere. ¶ Plinius libro.x. Generatio quidem auium simplex esse videtur:cum et ipsa sua habeat miracula. Pennatorū infecunda sunt generi que aduncos vngues habēt Nulla ex his sup quaterna parit ouа Tribus: hoc autem generi natura:vt fecundiores essent fugaces earū q̄ fortes. Plurima pariunt struciocameli:galline:pdices soli. Quedā omni tempore coeunt: vt galline et pariunt:preterq̄ duobus mensib⁹ hiemis brumalib⁹ Ex his iuuence plura q̄ veteres:sed mmora. Est autem tā ta fecunditas vt alique et seragena pariant. alique q̄ die alique bis in die:alique intāruz vt effete moriātur Volucrum animal parit vespruio tantū:et lacte nutrit vbera admouēs. Columbe pariunt ouа bina palumb⁹ et turtur plurimum terna. Pauo a trimatu parit anno primo vnum vel alterum ouum:sequenti quaterna vel quina :ceteris duodena. Accipiter parit fere singulos nunq̄ plus ternos Is qui vocatur egolios quaternos. Corvus aliquādo parit et quinos Melancoriphus supra.xx.parit:semper impari numero inequalia.nec alias in pluribus tanta fecunditas: maior tamen paruis est ¶ Arestotiles. Auium coitus est modis duobus: aut femina humi considente:vt in gallinis:aut stante vt in grubus. Auium genera coeunt in fine veris ac principio estatis:et tunc ponūt ouа:et pullos extrabūt Sed alicō sua ponit in principio hiemis:et cubat. xxti diebus anteq̄ cōplcantur vt dictum est superius. Sūt autem quedaz aues caste:sicut illa que non coit:nisi semel in tempore .Oscines preter exceptas faciunt fetus ante vernum eqnoctium aut post autumnale. Ante solsticium quidem dubios:postea vitales. Generatio milta non est in auibus boni volatus:neq; curuoꝝ vnguium:quonia aues multorum ouoꝝ. multe superfluitatis sunt. In auibus autem vncoꝝ vnguium transit superfluitas in alas et plumas ⁊ vngues. corpusq; earuz est paruū:siccum:acutum:sed aues ponderosi et non bom volat⁹:vt gallina et cubetb.i.perdix:et alia simlia genera:multam habeut supfluitatē: et ob hoc mares multum cocunt:femineq; multam habent materiam Colūbe vero quasi medie sunt inter vtrumq; gen⁹ Sunt eīm boni volatus sicut vncoꝝ vnguium: ⁊ habent corpora sicut ponderose Quomā ergo boni volat⁹ sunt:de necessitate transit earum superfluitas in plumas et alas. Quaq; cap pauca sunt.id est bina. ppter corpulentiā vero suam et calorem ventris ouant multoties scz decies i anno:maxime quia cibus eaꝝ de facili inuenitur Aues autem vncorum vnguū non nisi difficile cibum acquirunt. ¶ CLVI.

Iterum de fecunditate earum.

